Da mihi piiſſime domine fidem rectam. ſpem firmã. charitatemq́ꝫ perfectam. patientiam non fictam. talem penitẽtiam que tibi deo meo placeat. vt ſancti angeli tui de conuerſione mea gaudeant. Te deprecor deus meus per illam pacẽ quã feciſti int̃ deũ ⁊ hoĩnẽ. qñ te hoſtiã purã ⁊ imaculatã obtuliſti ad recõciliãduꝫ gen⁹ hũanuꝫ deo pr̃i i cruce vt pacẽ ⁊ ꝯcordiã int̃ me ⁊ oẽs fideles xp̃ianos faciaſ ⁊ ꝯfirmeſ Et ꝑ illũ terrorẽ quẽ ſerpẽti i cruce pendens feciſti diabolo formidabilem amicis acceptum inimicis placatum me facias vt pace tua ac totius eccleſie ac preſenti proſperitate gaudeam et futura

Saluatoꝛ mūdi ſalua nos q̇
ꝑ ſanguinē ⁊ crucē tuam rede
miſti nos. auxiliare nob̄ te de
p̄camur deus nr̄. Te dep̄coꝛ
dn̄e ieſu xp̄e ꝑ guttas ſangui-
nei ſudoꝛꝫ tui ꝑ ſāguſtias p̄cio
ſiſſime moꝛtꝫ tue. ꝑ merita ⁊ i
terceſſionē btiſſime genitricis
tue ꝑpetue v̾ginis marie Per
p̄ces bti iohis baptiſte ⁊ oim
ſanctoꝝ deo placentiū vt libe
res me famulū tuū. N. necnō
famlos tuos. N. ⁊. N. ⁊ oēs
parentes meos bn̄factoꝛes ac
mihi cōmiſſos ab oi ꝑiclo coꝛ
poꝛis ⁊ anie ⁊ nob̄ poſt hanc
vitā in celeſti patria tribue ꝑ-
petuā māſionē. Et liba etiaꝫ
dn̄e anias famuloꝝ ⁊ famu-
laꝝ tuaꝝ. N. ⁊. N. ac parētū
⁊ bn̄factoꝝ meoꝝ ⁊ mihi cō-
miſſoꝝ de lacu inferi ⁊ de lu-
to fecꝫ. ⁊ colloca eas in regno
pacis ⁊ claritatis eterne. Te
rogo pijſſime dn̄e. ꝑ ſanctiſſi-
ma coꝛꝑis ⁊ ſanguinis tui p̄-
ſentiā ⁊ libamen vt libes me
ab oibus pctis meis. p̄teritis
p̄ntibꝫ. ⁊ futuris. neceſſitatibꝫ
⁊ anguſtijs ⁊ ab inſidijs om
niū inimicoꝝ viſibiliū ⁊ inui
ſibiliū Et rogo te pijſſime do
mine Ieſu xp̄e vt in hoꝛa tre-

mēda moꝛtis mee non dene-
ges mihi ſctiſſimi coꝛꝑis ⁊ ſā
guinis tui cōionē integrā ⁊ ꝑ
fectā ſatiſfactionē cū p̄ntis vi
te felici ꝯſummatiōe Amen.
Itē alie gr̄aꝝ actiōes vtiles
⁊ deuote poſt factā cōionem
Ratias ago (dicende
immēſe maieſtati ac ſem
piterne pietati tue dn̄e ſctē pr̄
omipotēs et̄ne de⁹ q̇ me indi
gnū famulū tuū ac miſerum
peccatoꝛē nullꝭ meis meritis
exibētibꝫ. ſed tuis miſeratiōi-
bus mltis ⁊ magnis ſatiare
dignatus es coꝛꝑe ⁊ ſanguie do
mini nr̄i ieſu xp̄i. Et p̄coꝛ vt
hec cōmunio nō ſit mihi reat⁹
ad penā ſed interceſſio ſaluta
ris ad veniā ſit mihi armatu
ra fidei ⁊ ſcutū bone volūtatꝫ
ſit vitioꝝ meoꝝ euacuatio cō
cupiſcētie ⁊ libidinis extermi
natio. hūilitatis . charitatis .
patiētie. caſtitatis obediētie.
oimqꝫ v̾tutū. atqꝫ toti⁹ ſctita
tis ⁊ ſalutis augmētatio. con
tra inſidias oim inimicoꝛum
meoꝝ viſibiliū ⁊ inuiſibiliū fir
ma defenſio. motuū meoꝝ tā
carnaliū q̄ꝫ ſpūalium ꝑfecta
q̇etatio. in te viuo v̾o deo fir-
ma adheſio. ⁊ finis mei felix

cõſummatio. Sit q̃ſo ſctẽ pr̃
ſacroſanctũ ſacr̃m corꝑis ⁊ ſã
guinis dilecti tui filij dñi nr̃i
ieſu xp̄i ſuauitas ⁊ dulcedo a-
nime mee ſalus ⁊ ſctitas i oĩ
tẽptatõe pax ⁊ gaudiũ in omĩ
tribulatiõe lumẽ ⁊ ꝟtus in oĩ
ꝟbo ⁊ oꝑe. ſolatiuꝫ ⁊ tutela fi-
nal' in morte. Et p̄cor te vt ꝑ
h̄ merear ſpũ tuo ſctõ repleri.
⁊ ꝑ viã mãdatoꝝ tuoꝝ dirigi
eodẽqꝫ viatico me in extremo
vite mee articulo. ꝯcede refici.
nũc q̊qꝫ refectũ vſqꝫ tunc ſine
intermiſſione ꝯſuari. ⁊ ad il-
lud ꝯuiuiũ ꝑ ſcõs angelos tu
os ꝑduci. vbi tu ip̄e es ſanctꝭ
tuis lux vera. ſatietas plena.
iocũditas ꝯſũmata. felicitas
perfecta. ⁊ gaudiũ ſempit'nuꝫ
Per eundẽ xp̄m dñꝫ no. amẽ

Aue ſanctiſſima caro ſum
ma vite dulcedo. Aue celeſtꝭ
potus añ oĩa mihi dulcꝭ. Ve
riſſime ⁊ pijſſime amator ⁊ re
cõciliator hũani generis ieſu
xp̄e eterna ſalus oĩm te diligẽ
tium qui ꝓpter tuã patientiã
ꝑmiſiſti me indignũ peccato
rẽ polluto corde ⁊ ore accipe
hoc ſctm̃ corp⁹ ⁊ ſanginẽ tuuꝫ
quẽ q̃ accipit indigne. nõ ad
remediũ ſed ad iudiciũ acci-
pit. Queſo eſto mihi ꝓpitius
indigniſſimo pctõri. Et q̃ es
ꝟa ⁊ eterna vita dignare per
hec ſacr̃a que ſumpſi oẽm ini
quitatẽ ⁊ impietatẽ mee ꝑorꝭ
vite remittere ⁊ ſequẽtis vite
actionẽ in laudẽ et gl'iam tui
ſantiſſimi nois tranſmutare.
vt cũ ad iudicandũ tibi poſt
hãc vitaꝫ p̄ñtatus fuero noli
me queſo clementiſſime deus
ꝓpter innũerabilia pctã mea
dãnare. ſed per hãc receptiõeꝫ
redemptionis nr̃e auerte iraꝫ
tuã a nob̄ quã ſepiſſime meis
negligẽtijs plurimis ⁊ pctõꝝ
perpetratione prochdolor me
profiteor irritaſſe. O ſereniſſi
ma ⁊ inclita mr̃ dñi noſtri ie-
ſu xp̄i ꝟgo perpetua que eun-
dem creatorẽ oĩum creaturaꝝ
in tuo ſacratiſſimo vtero di-
gna fuiſti portare cuius idem
veraciſſimum corpus ⁊ ſan-
guinem ego miſer peccator et
indignus ſumere preſumpſi
tuam humiliter deprecor mi
ſericordiam vt ad ipſum pro
me digneris intercedere qua-
tenus quicquid in eius inef-
fabili ſacramento ignoranter
aut negligenter commiſi tuis
ſacratiſſimis precibus mihi

ſua pietate ineffabili atqꝫ mi-
ſericordia inenarrabili digne
tur indulgere a mē. O vos
omnes cetus angelici. angeli
archangeli virtutes poteſta-
tes dominationes principatꝰ
throni cherubin ꝛ ſeraphin q̄
ab vbertate fontis deifice tri-
nitatis inebriati ſplendorem
ſempiternum ab ipo eterne di
uinitatis lumine recepiſtis in
quo felices vere beati aſſidue
gaudetis in leticia amātes ſi
ne faſtidio vidētes ſine medio
manducatis ore pleno ipſum
panem melliſluum vite eterne
quo me pauperem dī bonitas
hodie letificare dignata eſt
Vos beatos ꝛ electos ego ex
ul et orphanus humiliter im-
ploro vt in conſpectu throni
eius hodie ſtantes voce vna-
nimi hymnū et laudez glorie
eius decantetis collaudantes
viuifice deitatis dignationez
que me indignū in perceptiōe
corporis ꝛ ſanguinis domini no
ſtri ieſu chriſti dignata eſt re-
ſpicere. Diuiſio O vos
electoꝝ numerus omneſqꝫ ci
ues celici patriarcharum cho
rus. Johannes baptiſta chri
ſti preuius. Johannes euan-
geliſta chriſti cuſtoſqꝫ virgine
us apoſtolorum laudabilis
numerus. Martyrum roſe-
us exercitus. Sacerdotum
ac ꝯfeſſorum glorioſus chorꝰ
ſponſarꝫ qꝫ chriſti exercitꝰ vir-
gineus ꝛ vidualis caſtitas.
Vos omēs dilectos ꝛ electos
dei cōuenio ꝛ apud vos voto
ſupplici depoſco quatinus oium
bonoꝝ largitorem dn̄m nr̄m
ieſum chriſtū pro me laudetis
ꝛ glorificetis qui me quauis in
dignū pauit ſuo ſancto corpe
ꝛ potauit ſanguine ꝓprio qui
de celo venit ꝛ incarnari a ma
ria virgine glorioſa voluit. H
dat vitā mundo. Rogate eti-
am precibus pijs vt adiutus
meritis veſtris perueniat ad
me ꝛ permaneat in me dulce-
do ſui ſacratiſſimi corporis et
preter illam nullā aliā ſentiaꝫ
ſaporis dulcedinem. Im-
plorate etiā mihi apud glio-
ſam virginem mariaꝫ dei ma
trem vt in filio ſuo ieſu chriſto
obtineat mihi vite puritatem
peccatoꝝ cōtritionē verā con
feſſionem ꝛ dignam ſatiſfacti
onem ꝛ poſt hanc miſeriā ve-
ſtris premijs ꝛ gaudijs felicē
aſſocietatē ipo preſtāte. Qui

viuit ⁊ regnat de⁹ in ſecula ſe
culoꝝ amen.

O venerãda trinitas ⁊ ad
mirãda vnitas pater ⁊ filius
⁊ ſpiritusſanctus. lux vera lux
qꝫ beata. humanis ſenſibꝫ in-
cõprehenſa. Tu concede mi-
hi corde natũ ex parentis. al-
uum implentẽ virginis lumẽ
ſanctum illuſceſcens cecis ho
ſtiam dignã beatũ corp⁹ ieſu
chriſti ſaluatoris noſtri mun-
do palato cordis ⁊ oris degu-
ſtare. liceatqꝫ mihi ex diuina
gratia oſculari ⁊ amplecti dul
ciſſimũ amatorẽ meum mo-
do vlnis fidei ⁊ dilectionis. tã
dem autem hac corruptibili-
tate remota libere comprehẽ-
dam prenobilẽ coheredẽ me-
um vna cũ angelis ⁊ ſanctaꝝ
virginum choris per quez co-
gnoſcam ex tunc trinitatẽ ve-
ramqꝫ vnitatem perfecte lau
dando in ſecula ſeculoꝝ amẽ

Sequitur iubilus ſancti
bernardi multuz deuotus q̄
etiam dici poteſt poſt ſanctaz
communipnem.

Eſu dulcꝫ mẽoria dãs
vera cordis gaudia. Sed ſu-
per mel ⁊ omnia eius dulcis
preſentia. Nil canit̄ ſuauius.
auditur nil iocundius. nil co-
gitatur dulcius q̄m ieſus dei
filius. Jeſus dulcedo cordiũ
fons viuus lumen mentium
excedens omne gaudium et
omne deſiderium Jeſus ſpes
penitentibus q̄m pius es pe-
tentibꝫ. q̄m bonus es queren-
tibus. ſed quid īuenientibꝫ
Nec lingua valet dicere. nec
littera exprimere expert⁹ no-
uit cernere quid ſit ieſum dili-
gere. Jeſum queram in lectu
lo clauſo cordis cubiculo pri-
uatim ⁊ ĩ publico querã amo-
re ſedulo. Cum maria dilu-
culo. Jeſum queraz in tumu
lo clamore cordis q̄rulo men
te queram non oculo. Tum-
bam perfundam fletibus lo-
cum replens gemitibus. Je-
ſu prouoluar pedibus ipſum
habens amplexibus. Jeſu tu
rex amabilis. dulcedo ineffa-
bilis ⁊ triumphator nobilis.
tot⁹ deſiderabilis. Mane no
biſcũ dñe mane nouo cuz cul-
mine pulſa noctꝫ caligīe men-
tez replens dulcedine. Jeſus

amoꝛ dulciſſimus ⁊ vere ſua
uiſſimus plus millies gratiſ
ſimus ꝙ᷒ dicere ſufficimus.
Experti recognoſcite amoꝛez
pium poſcite ieſum ardenter
querite querēdo inardeſcite.
Jeſus auctoꝛ clemētie totiuſ
ſpes leticie dulcoꝛis fons ⁊ gꝛa-
tie vere coꝛdis delitie. Cū di-
gne loq̄ nequeā de te tñ nō ſi-
leam. amoꝛ facit vt audeā cū
de te ſolo gaudeā. Tua ieſu
dilectio grata mētis refectio
replens ſine faſtidio dans fa
mē deſiderio. Qui guſtāt te
eſuriūt qui bibūt adhuc ſiti-
unt deſiderare nequeunt niſi
ieſum quē diligūt. Quē tuuſ
amoꝛ ebꝛiat nouit q̄d ieſus ſa
piat felix guſtꝰ quē ſatiat nō ē
vltra qđ cupiat. ieſus decꝰ an
gelicū in aure dulce canticuꝫ
in oꝛe mel mirificum in coꝛde
nectar celicū. Deſidero te mil
lies. mi ieſu quādo venieſ me
quādo letum facies de te me
quando ſaties. Amoꝛ tuꝰ cō
tinuus mihi languoꝛ aſſiduꝰ
mihi ieſus mellifluus fructuſ
vite perpetuus. Jeſu ſumma
benignitas mira coꝛdis iocū
ditas incōpꝛehenſa bonitas
tua me ſtrigit charitas. Bo-
num mihi diligere ieſum nil
vltra q̄rere mihi pꝛoꝛſus defi
cere vt queā illi viuere. O ie-
ſu mi dulciſſime ſpes ſuſpirā
tis anie te querunt pie lachꝛy-
me ⁊ clamoꝛ mentis intime.
Quocunq̄ loco fuero ieſum
mecū deſidero ꝙ᷒ letus cum
inuenero ꝙ᷒ felix cuꝫ tenuero.
Tūc amplexꝰ tūc oſcula quē
vincūt mellis pocula ſꝫ in hiſ
parua moꝛula. Jeſum ſequar
per ſecula. Jam qđ q̄ſiui vi-
deo qđ cōcupiui teneo amoꝛe
ieſu langueo ⁊ coꝛde totus ar
deo. Hic amoꝛ ardet iugiter
dulceſſit mirabilr̄ ſapit ꝺ̄lecta
bilr̄ ꝺ̄lectat ⁊ felicit̄. hic amoꝛ
miſſus celitꝰ. heret mihi me-
dullitus mentē accēdit peni-
tus h̄ delectat̄ ſpiritꝰ. O bea
tū incendiū o ardēs deſideriū
o dulce refrigeriuꝫ amare dei
filiū. Jeſus cum ſic diligitur
hic amoꝛ non extinguit̄ nec te
peſcit nec moꝛit̄. plus creſcit
cum accendit̄ Jeſus flos ma
tris virginiſ amoꝛ noſtre dul
cedinis. tibi laus honoꝛ nu-
minis regnum beatitudinis.
Ueni veni rex optime pr̄ im-
mēſe gl̄ie. effulge clare letiꝰ iā
expectatꝰ ſepiꝰ. Jeſus ſole ſe-

renior τ balſamo ſuauior om
ni dulcore dulcior p̄ cũctis a-
mabilior. Cuius amor ſic affi
cit odorq; ſic me reficit ĩ quez
mēs mea deficit ſolus amãti
ſufficit Tu mētis delectatio
amoris ↄſũmatio tu mea glo
riatio ieſu mũdi ſaluatio. Ubi
dilecte ꝛuertere ↄſors pr̄ne de
xtere hoſtē viciſti ꝓſpere eam
celi regno fruere. Sequar q̃-
cunq; ieris mihi tolli nō pote
ris cũ meũ cor abſtuleris ieſu
laus nr̄i generis. Celi ciues
occurrite. portas vr̄as attolli
te triũphatori dicite ſalue ieſu
rex iclite. Rex virtutũ rex glo
rie rex inſignis victorie. Jeſu
largitor gr̄e honor celeſtis cu
rie. Te celi chorus p̄dicat et
tuas laudes replicat ieſus or
bẽ letificat τ nos deo pacifi-
cat. Jeſus in pace imperat τ
omnē ſenſum ſupat hũc mea
mens deſiderat τ eo frui ſpe-
rat. Jeſus ad prēm rediit ce-
leſte regnũ ſubiit cor meum a
me tranſiit ſimul poſt eũ abiit
Quē proſequamur laudibus
hymnis votis τ p̄cib; vt nos
donet celeſtib; cuz ipo frui ſe-
dib; amen. Item alia ora-
tio ante ſanctam cōmunionē
dicenda plurimũ deuota.

Ego te ieſu xp̄e fili dei
per gloriam tue ſanctiſſi
me paſſionis vt hodie intro-
ducas aiam meã in cellã tue
dulciſſime dilectõnis. Et om
nia impedimēta eiiciens fac
me intereſſe gaudio τ ſilentio
mutue cõiunctionis. vt cum
plena charitate poſſim ꝑfrui
dulcedine tue optate conſola-
tionis. Ueni pater orphano-
rum fideliſſime. veni conſola
tor omniũ miſeroꝝ dulciſſime
propina mihi talem potuz de
cellariis vulnerũ tuoꝝ. ꝑ quē
omnia viſcera mea ſentiaz te
immemorē eē oim delictoruz
meoꝝ. Rogo te domine ieſu
xp̄e per ſanguinē tuũ p̄cioſuz
quem tu volũtarie fudiſti in
cruce in tua paſſione vt hodie
perfundas cor meũ τ aniam
meã tua ſctã benedictiõe. Et
facias me corpus tuũ ſanctiſ-
ſimũ τ ſanguinē tuũ p̄cioſiſſi
mũ ꝑcipere cũ tali deuotione
vt eternaliter merear gaude-
re in tui dulciſſimi vultus cō
templatiõe. Ueni fons miſe-
ricordie. veni cõſolator optie
mãa hoſpitiũ aie mee. nõ eni
fas ē ibi aliq̃d imũdicie eē vbi

tu regnaturus es rex ꝛ ſpōſus
virginaľ pudicicie. Filie hie-
ruſalē nūciate dilecto qꝛ oim
peccatoꝝ meoꝝ emendationē
iam ſpōdeo. ꝑpetrationē toto
corde meo emēdare deſidero.
qꝛ ſine illo nullatenus viuere
volo nec valeo. Rogo te dn̄e
ieſu xp̄e ꝑ quinqꝫ vulnera tua
vt hodie digneris aiam meaꝫ
lauare ꝛ dealbare in vnda tui
ſanctiſſimi ſanguinis. vt licet
non ſim dignus vocari vnus
de tuis minimis. tu tamen tā
potens es ꝛ tam miſericors ꝙ
me aſcribere tuis charis ꝛ di-
lectis poſſis. Ueni amicoruꝫ
fidelis amice. veni dulcis cō-
uiua peccatoꝝ penitentium.
Fac aniam meā epulari i azy-
mis vulneꝝ ꝛ mēbroꝝ tuorū
foraminibꝫ. vt eternaliter me-
rear lucere ꝛ gaudere in ꝯſpe-
ctu oculoꝝ tuoꝝ. Rogo te do-
mine ieſu chriſte per ſanctiſſi-
mas cicatriceſ corꝑis tui. vt ci-
to venias ꝛ dirumpas omni-
um pctōꝝ meoruꝫ vincula. et
extinguas hodie mea vitia vt
nec ſcintillā vnius delicti poſ-
ſit mihi in meo fine obijcere
diabolica malicia. Ueni me-
dicina animarū. veni piſcina
omniū gratiaꝝ. Et ſicut i pa-
ſcali nocte tuos captiuos edu-
xiſti de locis penaruꝫ. ita libe-
ra hodie animā meā de vinculꝭ
ꝛ nexibus omniū miſeriaruꝫ.
Filie hieruſalem nūciate dile-
cto qꝛ thalamum cordis mei
iam preparo ꝛ qꝛ ſine illo nꝉ-
latenꝰ viuere volo nec valeo.
Rogo te dn̄e ieſu xp̄e. ꝑ tui ſā-
ctiſſimi corꝑis paſſionē vt ho-
die ſuper candelabrū aie mee
ponas tui dulciſſimi corporiſ
candelam vt accendat tui p̄-
cioſiſſimi ſanguinis flammā.
vt ſicut quondam tuis ſctiſſi-
mis manibꝫ nō deſpexiſti tā-
gere ꝛ ſanare imundiſſimaꝫ
leprā. ita nō deſeras omnibuſ
virtutibꝫ ꝛ mēbris ꝑungere ꝛ
ſanare vulneratā animā meā
Ueni refugiū pauperū. veni
vnica ſalus mea ꝛ perfice me
cordis deſideriū. tibi ei letus
poſſum oſtendere acerbitateꝫ
vulneꝝ meoꝝ. qꝛ tuꝑe ſenſi-
ſti ꝛ ſuſtinuiſti dolorē ꝛ ama-
ritudinē vulneꝝ. Rogo te do-
mine Jeſu chriſte per gloriaꝫ
tue paſſionis, vt accendas in
corde meo ignē tue dilectiōis
ꝛ nō ſinas me ſepari de gau-
dio tue ꝯtemplatiōis qꝛ ma-

gis optas vitaꝫ quã mortem
peccatoꝝ. Ueni mũdi gloria
veni celoꝝ gaudiũ. qꝛ tibi ap/
ta eſt cordis mei ianua. Ecce
expectãt ⁊ deſiderãt te omnia
viſcera mea. qꝛ tota ſalus ⁊ vi
ta mea pẽdet in tua miſericor
dia. Rogo te domine ieſu xp̄e
ꝑ vulnera que pertuliſti in tu
is ſanctiſſimis manibꝫ vt ho
die digneris aniam meã mũ/
dare de oim viciorum ſordibꝫ
⁊ digneris reſpergere oim vir/
tutũ floribꝫ ⁊ foliis. vt tu rex
regũ in eam ingrediẽs talem
odorem ſentias qui eternali/
ter redoleat in tuis gaudiis et
deſideriis. Ueni ſol iuſticie.
veni ſtella matutina illumĩa
tenebras anime mee tu q̇ ſolꝰ
potes iuſtum ⁊ ſanctũ de pec
catore facere. qꝛ tibi nihil eſt
impoſſibile. quoniã ⁊ omnes
p̄ſumentes de te poſſunt ſal/
uari. ⁊ in te ſperantes nunq̃
vis derelinq̃re Rogo te domi
ne ieſu chriſte per vulnera ⁊ ꝑ
veſtigia pedũ tuoꝝ. vt dũ ho
die ad ſuſpirandũ apertã cor
meũ. tu aperias mihi tui iocũ
diſſimi cordis paradiſuꝫ ⁊ ce/
lũ ⁊ facias ſic aniam meã in/
trare in te dulciſſimũ ieſuꝫ. vt
in tuo dulciſſimo amore flore
at ⁊ creſcat. ⁊ ꝑmaneat nunc ⁊
in euũ. Ueni illuminator cor
diũ ⁊ illumina aiam meã. ve
ni ⁊ reſtitue mihi oẽm tuaꝫ g̃
tiã. vt tibi poſſim ſecuriꝰ enar
rare meã miſeriã q̇ nõ me mi/
nus diligis q̃ tuã carnẽ ⁊ tu
am ꝓpriã aiam. Filie hierl'm
nunciate dilecto. qꝛ amore eiꝰ
lãgueo ⁊ nullatenꝰ ſine illo vo
lo. nec valeo. Rogo te dñe ie/
ſu xp̄e ꝑ vulnꝰ tui ſctiſſimi la
teris vt hodie põas i cor meũ
tui p̄cioſiſſimi ſanguinis corpiſ
ſcalã. ⁊ facias aiam meã ꝑ ip/
ſã aſcẽdere cũ ſctis angel'. vt
poſſit miam tuã iuenire ⁊ q̃re
re i ſingul' articul' mẽbrorum
tuoꝝ. Ueĩ etni ſol' radiꝰ. veni
redẽptor meꝰ ⁊ liba me de oi/
bꝫ tribulatõibꝫ meis. Ecce ei
ſũ dſpectꝰ ⁊ ꝓlectꝰ ab oibꝫ cor
dibꝫ ⁊ tibi ſuꝫ ſoli drelictꝰ. qꝛ
tu me nũq̃ dſpexiſti. ſꝫ ſꝑ di
lexiſti totꝫ medull' ⁊ viſceribꝫ.
Filie hierl'm nũciate dilecto.
qꝛ morã aduẽtus eiꝰ diutius
ferre neq̃o. ⁊ qꝛ ſine illo viuere
nolo nec valeo. Rogo te do/
mine Jeſu chriſte per guttas
ſanguinis tui vt hodie ꝓdu/
cas de corde meo ⁊ ocul' meis

fontē lachrymarū ꝛ pnīe. ꝛ eꝯ mūdes aīam meā ab omibꝫ peccatis ꝛ miſerijs ꝛ facias me nūcꝛ ſemꝑ ꝛ in hora mortis tā mūduꝫ ꝛ decorū apparere corā te ſicut fui ante ꝯfirmationē mūdi. ꝛ in tua volūtate ſemꝑ perſeuerare. Ueni lux perennis. veī abyſſus dulcedinis qꝛ nullū in te ſperāteꝫ ſpernis nec repellis. Ecce iaꝫ tps eſt vt aīam meā corones virtutū ornamētis. qꝛ hodie feſta leticie celebrabit in tuis vulneribꝫ ꝛ in tuis mēbris. Rogo te dn̄e ieſu xp̄e ꝑ amariſſimas lachrymas tuas qꝫ bus ꝑfundebaris ꝓ mea ſalute vt facias me hodie tibi ꝯpinare omnē deuotionē ꝛ charitatē quā in tuo eterno deſiderio ſitiuit tuus eternꝰ affectꝰ. ꝛ inuoluas in ſyndoneꝫ anime mee tuū p̄cioſiſſimuꝫ corpus quod de ꝟginali vtero ꝓ me aſſumpſiſti ꝛ laua aīam meā in tuo ſanguie ꝛ extingu omnia peccata q̄ in cruce amariſſime defleuiſti. Ueni electus ex milibꝫ. veni decor ꝛ decꝰ et honor paterne glīe q̄ mihi precunctis es ꝯpitius ꝛ ꝓximus. Nō eni decet vt mihi tuā ꝯſolationē diutiꝰ ſbtrahas. quia aīa mea quā diligis impugtur demoniū artibꝫ. idō aduētū tuuꝫ toto corde deſiderat. Rogo te dn̄e Jeſu xp̄e. ꝑ omnes dolores ꝛ afflictōnes q̄s ſuſtinuiſti in tua humanitate trigintatribꝫ annis vt tuā ineffabilē miſericordiā ꝛ meam multipharīā miſeriā in ſtatera digneris pōderare. Et q̄ntum vides tuā bonitatē meā maliciā menſura ꝛ grauitate ſuperare tantū ſtude tuā ineffabilē glīaꝫ ꝛ miſcdiam ī me miſero peccatore eternalit̄ magnificare Ueni ꝟtutum ſeratnator. veni totiꝰ ſalutis ꝛ ſuauitatis reꝑator. ecce aīa mea quā diligis infirmat̄ ꝛ nō p̄t cōualeſcere niſi tu ſis eiꝰ fidelis medicꝰ. quē toto deſiderio querit ꝛ poſtulat quia moraꝫ tui aduētus diutiꝰ ferre non poteſt. Filie hierl'm nunciate dilecto. qꝛ multū deſidero. vt aīam meā ꝯſoletur ſui ꝓpriꝫ oris colloquio. qꝛ ſine illo nullatenꝰ viuere volo nec valeo. Rogo te domine ieſu chriſte per tuam paſcalem victoriaꝫ vt ſicut tu pendens in cruce nullaꝫ tui ſanguinis inte

tenuiſti guttaʒ. Ita hodie nul
lius ꝑmiſſas in me ꝑmanere
peccati maculaʒ. Sed facias
me corpꝰ ⁊ ſanguinē tuū ꝓcio
ſum ita ſumere. vt ꝑ ipm me-
rear ꝓficere de gr̄a in gr̄aʒ. vt
in tua viſione merear aſcēdere
de gloria in gloriā. Ueni vera
mūdi ſalus. veni ꝟginis filiꝰ
⁊ virginū corona: impone lan
guenti anime mee tuas pater
nas manus ⁊ ſanctas. Quis
enim poteſt mihi ita paterne ⁊
miſericorditer cōpati. vl' quis
eſt ad omnē ſalutē meā ita pa
ratꝰ ſicut tu q̄ cūctis amaritu
dinibꝫ pro me es inebriatus.
Ideo multū deſiderat miſera
anīa mea vt oſculet' ꝓprij oris
tui oſculo dulciſſimo. Rogo
te dn̄e ieſu chriſte dulciſſime
per tuā glorioſam reſurrectio-
nem. vt hodie extinguas ī cor
de meo omnē nocuā ⁊ malaʒ
dilectionē. Et nō ſinas me hic
habere vllam terrenā ꝯſolatio
nem. vt in tuo amore dulciſſi
mo poſſim habere plenam le-
ticiam ⁊ aſſiduam dilectioneʒ
Ueni amorꝫ ſagitta. vēi laus
⁊ gloria celeſtꝫ palacij. veni cu
ius viſceribꝫ mea memoria ē
inſcripta. Quis dignius vl' ſi

delius delebit omia mea deli
cta q̄ꝫ tu cui ſoli anīa mea ē de
relicta. Ideo multum ex toto
corde meo deſiderat aīa mea.
vt ꝓprij oris tui colloquio con
ſolet' dulciſſimo. O ieſu ama-
bilis. o laude plus laudabilis
o gaudiū melliſluum. o amor
cordis irriguus totus deſide-
rabilis frui fac me tui dulcedi
ne ieſu hic ⁊ in eterna beatitu-
dine ꝑ infininita ſeculoꝝ ſecu-
la. Ammeu.

Or̄o poſt ſanctā cōmunionē.

Benedictꝰ es potentiſ-
ſime domine ieſu chri
ſte rex eterne gl'ie ꝓmiſ
ſor ⁊ largitor ſempiterne beati
tudinis qui me de vtero mr̄is
mee cū integris mēbris ⁊ ſen-
ſibꝫ ꝯduxiſti. ⁊ hodie de oībus
mēbris ⁊ vulneribꝫ tui ſctiſſi-
mi corꝑis nouā ⁊ ſingularem
gratiā mihi dulciter ⁊ largiter
infudiſti. Benedictus es ſan
ctiſſime deꝰ qui me ad imagi
nē ⁊ ſimilitudinē tuam creaſti
omnibꝫ virtutibꝫ decoraſti: et
hodie ꝑ corpus ⁊ ſanguinē tu
um decore imaginis tue miſe-
ricorditer illuſtraſti: ⁊ oēs ꝟtu
tes tuas in me mirabiliꝰ reſcri
pſiſti ⁊ reformaſti. Bn̄dictus

es clemētiſſime deꝰ q̄ me in la
uacro baptizās tibi celeſti ſpō-
ſo deſpōſare voluiſti. et hodie
corpus ⁊ ſanguinē tuū ad do
nū noue deſponſatiōis ⁊ ꝯſū-
mationē legitime tue dilectio-
nis cōtuliſti. Bn̄dictꝰ es lar-
giſſime deꝰ q̄ ab infantia mea
vſq̧ in hāc horā innūerabilia
bn̄ficia ⁊ inexplicabilia dona
mihi ꝯtuliſti. ⁊ hodie corpꝰ et
ſanguinē tuū mihi ad augmē-
tū ⁊ ꝯſolationē oīm donorū et
bn̄ficioꝝ tuoꝝ tradidiſti. Be-
nedictꝰ es mitiſſime deꝰ. q̄ in
omī fidelitate mea. ⁊ in omībꝫ
pctīs meis patiēter tolerando
vſq̧ in hāc horā vitā meā di-
ſtuliſti. ⁊ in hac feliciſſima ho
ra ꝑ corpꝰ ⁊ ſanguinē tuū oīa
pctā mea obliuiōi ꝑpetue tra-
didiſti. ⁊ me in mēoriā tui cor
dis feliciſſimi. ⁊ in oia viſcera
miſcdie tue feliciter deſcripſiſti
Bn̄dictꝰ es nobiliſſime deus
q̄ me a multꝭ pctīs ⁊ miſerijs
cuſtodiſti. ⁊ de illis in q̄s inci
derā miſericorditer liberaſti.
⁊ hodie ꝑ corpꝰ ⁊ ſanguinē tu
um oēm dānationē meā ⁊ ſal-
uationem miſericorditer con-
uertiſti. Bn̄dictꝰ es donatiſſi
me deꝰ q̄ me a vanitate ſeculi.
⁊ de ꝯſolatiōe oīm ꝑentū meo
rū eduxiſti. ⁊ hodie ꝑ corpus ⁊
ſanguinē tuū ſatiaſti: ⁊ ſctōrū
tuorū amicicie miſericorditer
ꝯiūxiſti. Bn̄dictꝰ es pijſſime
deꝰ q̄ mihi in oī temptatione ⁊
tribulatiōe pia ꝯſolatōe ſemꝑ
aſtitiſti. ⁊ oia deſideria mea et
oēs labores meos tuo prī i tu
is vulneribꝫ oñdiſti ⁊ obtuli-
ſti. ⁊ ꝑcioſo corꝑe et ſanguine
tuo miſericordiť me ſatiaſti.
eternāq̧ mercedē ⁊ ꝯſolatiōē
mihi cōpaſti ⁊ acq̄ſiſti. Bn̄di
cat te c'eminētiſſima: pijſſima:
miſericordiſſima ⁊ dulciſſima
mr̄ tua ꝟgo maria. q̄ ipm̄ cor
pus ⁊ ſanguinē qḋ de ſuo vte-
ro ꝟginali ſuſcepiſti. mihi ho
die ad eternū remediū cōtuli-
ſti. ⁊ ꝑ ipm̄ me ꝯſortē ⁊ ꝯciuē
oīm ſctōꝝ tuoꝝ feciſti. Bene
dicāt te oēs angeli: archāgeli:
throni: pncipatꝰ: dn̄atiōes: po
teſtates: ꝟtutes: cherubin: ſera
phin: ⁊ oēs ſcti tui q̄ ipſis no-
uū gaudiū ⁊ dulce ꝯuiuiū de
mea ſalute feciſti. Et te eterne
vite ſpeculū in q̄ oī hora oēs
ſcti deſiderāt pſpicere cū omni
fidelitate tua hodie deſiderio
meo tribuiſti. Benedicant te
oēs ſcti pr̄iarche ⁊ ꝓphete tui:

ꝙ tu creator celi ⁊ terre ĩ angu
ſtia cordis mei hodie q̇eſcere
voluiſti. ⁊ oĩa ĩteriora mea ro
re tue largiſſime bn̄dictiõis co
pioſe ꝓfudiſti. Benedicant te
oēs ſcti apl̄i ⁊ euãgeliſte tui ꝙ
hodie cū aīa mea cenare vo
luiſti: ⁊ dulcē mãſionē apud
me faciēs vſq; in finē vite mee
mecum ꝑmanere diſpoſuiſti.
Bn̄dicãt te oēs ſcti martyres
⁊ ꝯfeſſores tui: ꝙ meã miſerã
aīam in amplexꝰ paterne mi
ſericordie tue hodie ſuſcepiſti.
ſtolã anulū ⁊ oĩa ornamẽta v
tutū de tua miſericordia mihi
ꝯtuliſti ⁊ reddidiſti. Benedi
cant te oms̄ ſctē v̄gines tue ꝙ
virgineū corpꝰ tuū tanq; roſã
in aīam meã plãtare voluiſti
⁊ eã flores v̄tutū ⁊ fructꝰ gra
tiarū de tuis mẽbris ⁊ vulne
rib; carpere ⁊ colligere volui
ſti ⁊ feciſti. Bn̄dicat te multi
tudo ꝯtinentiū viduaꝝ ⁊ peni
tentiū. ꝙ tu lãguentiū medicꝰ
benigniſſime cum oī miſcd̄ia
tua hoſpiciū mei cordis intro
iſti. ⁊ oĩa vulnera aīe mee me
dicamẽto corporis ⁊ ſanguis
tui hodie perungendo eterne
ſaluti tue reſtituiſti. Benedi
cant te celi ⁊ omnis laus et iu
bilus celorum ꝙ hodie miſe
re anime mee celos vulnerum
tuoꝝ aperuiſti: ⁊ eam in te ve
rum paradiſum ſempiterne io
cunditatis ⁊ felicitatis intro
duxiſti Benedicat te terra ter
rarūq; plenitudo ꝙ me hodie
de hoīe angelū: de terra celū
feciſti. verū tu ſolus dignatuſ
es mihi dominari ⁊ mihi mi
ſereri. q̇a tuo p̄cioſiſſimo ſan
guine me redemiſti. Benedi
cat te mare ⁊ omnia que in eo
ſunt ꝙ virtutē gratiarū ⁊ om
niū bonoꝝ in te ꝑticipē me fe
ciſti: ⁊ ꝙ nunq̄; potes aut vis
dereliquere. quia vinculo cor
poris et ſanguinis tui indiui
ſibiliter me tibi hodie connexi
ſti: ⁊ omnia bona mihi ꝯfers
⁊ nunciaſti Ecce anima mea
hodie in thalamo amoris tui
virgineo flori ſociata. Rogo
te per quinq; vulnera tua per
ſanguinem. per ſudorem . per
anguſtias. ꝑ lacrimas. ꝑ oms̄
afflictiones ⁊ dolores cordis
⁊ corporis tui. per ſanctã paſ
ſionem tuam ⁊ amariſſimam
mortem tuam. vt animã me
am et omnia viſcera mea tua
benedictione ⁊ tua dulciſſima
dilectione ꝓfundas ⁊ repleas

⁊ vſq͂ in finē vite mee mecū p
manēdo ꝯſerues illā gratiā ⁊
illā mūdiciā quā mihi ꝯtulit
⁊ reſtituit tua incōprehēſibil'
bonitas. Et nūc deprecor te o
dulciſſime ieſu vt fructuoſum
in me facias tuū aduentū ⁊ li
beres me in hac hora ⁊ in oībꝫ
diebꝫ vite meē de omi nocibili
temptatōe: ⁊ tibi cōnectes me
⁊ oīa opa mea ⁊ deſideria vt
nunq̄ poſſim ſepari ꝺ tua mi
ſericordia: ⁊ de tua dulciſſima
dilectione ⁊ clariſſima viſione
pulcerrimi vult⁹ tui vt merear
in te florere ⁊ regnare nunc ⁊ in
perpetuum. Amen.

Item oratio poſt ſanctam
communionem.

ya nūc oro dulciſſime
de⁹. vt h̄ dulciſſimuꝫ
ſacramentuꝫ ſit mihi
oīm pctōꝝ meoꝝ efficaciſſimū
medicamētū. Sit mihi cariſſi
me de⁹ h̄ dulciſſimū ſacramē
tū oīs ꝟtutis ⁊ grē virtuoſiſ
ſimū cōplemētum. Sit mihi
benigniſſime de⁹ hoc ſuauiſſi
mū ſacramētū tam in vita q̄3
in morte cōtra oīa pericula
validiſſimū ſuſtētamentum.
Mi dn̄e de⁹ te deṕcor p ſctāꝫ
eucbariſtiā vt a pctis munda
tus meritis fecūdat⁹. fine bo
no ꝯſummat⁹. tecum ſim fine
beat⁹ Deṕcor te amantiſſime
ieſu p oībus mihi ꝯfeſſis. p oī
bus familiaribꝫ: ⁊ p oībꝫ bene
factoribꝫ meis. vt p adiutricē
hui⁹ ſacramēti ꝟtutē adiuues
⁊ dirigas eos ad eternā ſalutē
Deṕcor te mi dn̄e ieſu chriſte
p oībus mihi in orōnibꝫ cōmiſ
ſis vt p ꝯfirmatricē huius ſa
cramēti ꝟtutē ꝯfirmes et mu
nias eos ad eternā ſalutē. De
precor te benigniſſime deus p
pctōribꝫ vniuerſis vt p repara
tricē hui⁹ ſacramēti ꝟtutem re
pares ⁊ confirmes eos ad eter
nā ſalutē. Deṕcor te mi domi
ne ieſu chriſte p oībꝫ fidelibus
defunctis vt p liberatricē hui⁹
ſacramēti ꝟtutē liberes eos et
perducas eos ad eternam ſa
lutem. Amen.

Item poſt cōmunionē ſan
ctam immediate dicenda.

Nima chriſti ſanctifi
ca me. Corpus chri
ſti ſalua me Sāguis
chriſti inebria me. Aqua late
ris chriſti laua me Paſſio xpi
ꝯforta me. Bone ieſu exaudi
me. In vulneribꝫ tuis abſcō
de me. Ab hoſte maligno de

ſende me. In hora mortꝫ mee voca me. protege me. pone me iuxta te. vt cū ſctis angelꝭ tuis in ſecła ſecłoꝝ laudē te. Amē

Poſtmodū dic illam. Hec ſunt cōuiuia. q̄ ſupꝰ ponit̄ et ↄſequēter alias ad placitū Et notandū ꝙ q̄cū q̄ꝫ deuote dixerit oroem illā habebit tria milia dieꝝ indulgētiaꝝ crimialium pctōꝝ ⁊ viginti milia dierū venaliū a dn̄o iohāne pape xxij. Itē alia oro ante ſcām cōmunionem dicenda quando ſtatim vis cōmunicare.

Domine deꝰ meꝰ non ſum dignus vt intres ſub tectū meū. ſed ↄfiſus de tua pietate ⁊ clementia Accedo ad ſacramētū corporis et ſanguinis vnigeniti filij tui dn̄i nr̄i ieſu chriſti Accedo inquā ſicut infirmꝰ ad medicū vite. immūdꝰ ad fontē miſericordie. cecꝰ ad lumē claritatis eterne. Egenꝰ ad dn̄m celi ⁊ terre. Nudus ad regē glorie Ouis ad paſtorē figmētū ad ſuū creatorē. Deſolatꝰ ad piū ↄſolatorē. Reus ad dei et hoim mediatorem. Miſer ad miſericordē. Criminoſus ad indulgētie largitorē. Mortuus ad viuificatorē. Impꝰ ad iuſtificatorē. Induratus ad gr̄e infuſorē. Rogans īmenſe maieſtatꝫ tue abūdātiā quatinus meā digneris ſanare infirmitatē. Lauare feditatem. Illuminare cecitatē. Ditare pauptatē. Veſtire nuditatē. Reducere erroneū. Conſolari deſolatū. Recōciliare reum Dare miſicordiā miſero. Indulgentiā crimioſo Vitā mortuo Juſtificationē impio Unctionē gr̄e indurato. vt te panē angeloꝝ regē regū dn̄m dn̄antiū tractare ⁊ ſuſcipere merear ea corpis caſtitate ⁊ animi puritate. ea cordis ↄtritiōe et lacrimaꝝ fonte. ea leticia ſpūali ⁊ celeſti gaudio. ea timore ⁊ tremore. ea reuerētia ⁊ honore: ea fide ⁊ humilitate. eo ꝓpoſito ⁊ amore. ea deuotiōe ⁊ grāꝝ actione. q̄bus oportet ⁊ decet ⁊ anime mee expedit. ita vt placide ⁊ benigne ſacrificiū ſuſcipias de manib: meis ad ſalutē meā ⁊ omniū fideliū. tam viuoꝝ q̄ȝ mortuoꝝ. Amen.

Item alia de eodem.

Ne iraſcaris queſo domine. ne iraſcarꝫ ꝙ ego imundus immundo

corde. ac pollutus polluta mē
te ad ſacroſanctū corp⁹ ꝑcio-
ſumq̄ȝ ſanguinē tuū accedere
ꝑſumo. Recordare obſecro qȝ
mulierē ſanguinis fluxū pati-
entē a tactu fimbrie veſtimēti
tui nō ꝓhibuiſti. Illā q̄ȝ pec-
catricē flentē ac penitentem a
ſctōꝝ pedū tuoꝝ oſculo nō ꝓ-
hibuiſti. ita ꝛ me miſeꝝ ꝑ innu-
meris ſceleribꝫ meis a comu-
nione tanti myſterij nō repel-
las velut indignū. Sed cōce-
de mihi cordis cōpunctionē
ꝛ fontē lacrimaꝝ abluēda pec
cata mea: ꝛ ſcelera ac delicta.
vt mūdo corde ꝛ pura ꝯſcien-
tia ad remediū aīe mee ꝛ ad
remiſſionē omniū pctōꝝ meo
rū promerendā ꝛ ad vitā eter
nā cū ſanctꝭ tuis feliciter poſſi
dendā merear accipe corpus ꝛ
ſanguinē tuū ꝛ ſpūſctō tuo re
pleri ꝛ diuinis affectibꝫ ſemꝑ
inſtaurari. O amantiſſime et
mitiſſime de⁹: da mihi queſo
corpis ꝛ ſanguinis tui nō ſo-
lum ſuſcipe ſacramentū ſȝ eti-
am virtutē ſacramēti. Ita vt
hec ſacramēta celeſtia effician
tur mihi ſalus ꝛ vita. da mihi
ita d̄ te ſatiari ꝛ inebriari vt ni
hil preter te ſitiam in eternum

Preſta mihi ſic ſuſcipe corp⁹
tuū qđ de ꝟgine traxiſti vt cor
pori tuo myſtico merear incor
porari. ꝛ int̄ ei⁹ membra con
numerari. Concede mihi te-
metipm quē nunc quidē vela
tum ſuſcipe ꝓpono. Reuelata
tandē facie contemplari. Sal
uator mūdi q̄ cū patre ꝛ ſpiri-
tuſctō viuis et regnas deus.
Per oīa ſecl'a ſecl'oꝝ. Amē.

Item oratio poſt ſanctam
cōmunionem.

Ineffabilē miſericor-
diā tuā dn̄e ieſu chri
ſte humiliter exoro.
vt hoc ſacramentum corpis ꝛ
ſanguinis tui qđ ſuſcepi indi-
gnus ſit mihi purgatio ſcelerū
ſit fortitudo fragilium. ſit cō-
tra mūdi pericula firmamētū:
ſit impetratio venie. ſit ſtabili-
mentū gratie. ſit medicina vi-
te. ſit memoria paſſiōis tue. ſit
contra debilitatē fomitis. ſit
viaticum mee peregrinatiōis
Euntem me conducat. erran
tem me reducat. reuertentē me
ſuſcipiat. titubantem me tene
at. cadentē me erigat. ꝛ ꝑſeue-
rantem in gloriā introducat
O altiſſime deus. beatiſſima
preſentia corporis ꝛ ſanguinis

tui ſic immutet palatum cor-
dis mei. vt preter nullam vn-
q̄ ſentiat dulcedinem. nullaz
amet pulcritudinem. nullum
querat illicitū amorē. nullam
deſideret conſolationē. nullaz
admittat vnq̄ delectationez.
nullam curet honorem. nullā
timeat crudelitatem. Qui vi
uis ⁊ regnas.

Sequitur oratio beati Am
broſij de paſſione domni: quā
Anaſtaſius papa primus cō-
firmauit: dans ſingulis eā di-
centibus quingentos dies in
dulgentiarum.

Omine Jeſu chriſte
fili dei viui creator et
reſuſcitator generꝫ hu
mani. Gratias tibi referim⁹:
licet indignas. ſed vtinam de
uotas et tibi gratas. quia pro
nobis miſerrimis de celo de-
ſcendiſti. et ex beatiſſima vir-
gine maria carnem aſſumpſi
ſti. de ipa quoq naſci voluiſti i
pannis fuiſti inuolut⁹. in pſe-
pio poſitus. vberibus lacta-
tus. carne circūciſus. magis
manifeſtat⁹. ⁊ ab ipis adora-
tus. in templo preſentatus. in
egypto relegatus. ad patriam
reuerſus parentib⁹ ſubditus:
a iohāne baptizat⁹. ieiunio q̄-
terdeno attenuat⁹. ter a demo
ne temptat⁹. itinerib⁹ fatigat⁹
vigilijs fame ⁊ ſiti macerat⁹.
p̄dicando laſſat⁹. cōpatiendo
lacrimat⁹. a iudeis reprobat⁹.
ſepius ab eiſdem iniuriatus.
inſtante vero paſſione tua vo-
luiſti contriſtari ⁊ meſtus eſſe
vt verus homo pauere ſimul
⁊ tedere. poſitis genibus oran
do ter in faciem procidere fa-
ctus in agonia guttas emitte
re ſanguinis ꝓ ſudore. A iu-
da deniq fuiſti traditus. ⁊ ab
ipo fraudulenter oſculat⁹. ab
impijs iudeis cum impetu cō
prehenſus. vinculis quaſi la-
tro ligatus. ſolus prefecto de-
relictus diſcipulis metu fugi-
entibus. Ad pontificem An
nam adductus. ibidem alapa
percuſſus. miſſus ab ipſo ad
Caypham vinctus: ⁊ ibidez
multipliciter deriſus. In con
ſilio iudeorum ſtatutus. per
falſos teſtes accuſatus. morte
turpiſſima cōdemnatus. ſpu-
tis facie contamminatus. op-
probrijs laceſſitus. contume-
lijs affectus. colaphis ceſus.
palmis iterū ꝑcuſſus. multis

modis blaſphematꝰ. vinctus
pylato traditꝰ.ad mortē inſtā
ter accuſatꝰ. Herodi a pylato
miſſus: ibi nihilominꝰ crimi-
natꝰ. ab herode ⁊ exercitu ſuo
ſpretus. Indutꝰ alba veſte ad
pylatū remiſſus. Nudꝰ ad co
lumnā iuſſu pylati ligatꝰ. vſ-
qꝫ ad ſanguinē acriter flagel-
latus. ab eodeꝫ morti adiudi-
catus. ad crucifigendū militi
bus traditꝰ. A qbꝫ iteꝝ exutꝰ
veſte purpurea indutus. coro
na ſpinea coronatꝰ. Arūdine
ꝓ ſceptro inſignitꝰ. genuflexu
ſalutatꝰ. irridēter rex iudeorū
noiatꝰ. tertio alapis ceſus. ite
rū facie ꝯſputꝰ. arūdine capi-
te ꝑcuſſus. veſte purpurea exu
tus. ligno crucis oneratꝰ. Ad
paſſiōis locū adductꝰ. ibi myr
rato vino cū felle potatꝰ. veſti-
bus ꝓpriis tertio exutꝰ. in cru
ce demū extēſus. Clauis ma-
nus ⁊ pedes ꝯfixus. ⁊ ſic inter
latrones crucifixꝰ. ⁊ cū ſcelera
tis deputatus. A ꝑtereuntibꝫ
quoqꝫ ⁊ aſtātibꝫ pendēs i cru-
ce crudelr̄ blaſphematꝰ. Cla-
mans. Deus meꝰ. deꝰ meus
vt qd dereliqſti me. Tandē ſi
tiens aceto potatus: inclinato
capite mortuus. A milite lan-
cea latere ꝑforatꝰ: vnde exiuit
ſanguis ⁊ aqua. Sero de cru-
ce poſitus: in monumēto a io-
ſeph ſepultꝰ Reſurgens tertia
die tuis apparuiſti. Quadra-
geſimo die celos aſcendiſti ſe-
dens ad dexterā prīſ. ꝓmiſſuꝫ
paraclitū diſcipulꝭ miſiſti. De
mū ad iudiciū venturꝰ ſingulꝭ
ꝓ meritis. bonū vl̄ malum es
redditurꝰ. Tu dn̄e ieſu chri-
ſte ꝑ has ſctiſſimas penas tu
as ⁊ ꝑ mortē tuā p̄cioſiſſimā
⁊ ꝑ p̄cioſiſſimū ſanguinē tuū
ꝓ nobis effuſum. Atqꝫ ꝑ oia
alia hic de te p̄dicta. ꝑ tuā qꝫ
ineffabilē miſericordiā. ac per
p̄ces ⁊ merita beatiſſime ſemꝑ
ꝟginis marie: ⁊ oim ſctoꝝ tuo
rū me ſordidū pctōrem. N. et
omēs parentes meos frēs et ſo-
rores: amicos ⁊ inimicos me-
os. ⁊ oēs paupes temptatos ⁊
deſolatos. vinctos ⁊ infirmos
⁊ omēs ꝓ qbus orare teneor.
atqꝫ oēm pplm chriſtianuꝫ a
tribulatiōibꝫ ⁊ anguſtiis eripe
a diaboli laqueis ⁊ a pctōrum
vinculꝭ atqꝫ ab oi malo anie ⁊
corꝑis nos libera ⁊ ſalua ⁊ ab
his nos ſemꝑ ꝓtege. Omnes
cogitatiōes ⁊ actiōes nr̄as ta
liter vt tibi ſint acceptabiles

ſemp̄ diſpone. Tua gratia ac ſancta pace atq̄ om̄i virtute nos reple. ⁊ i his vſq̄ ad mor tem nos p̄ſeuerare tribue. bo-num finē vite noſtre nobis cō cede. ⁊ nos p̄nomiatos viuos poſt mortē ac de eis iam mor-tuos: ⁊ omnes fideles defun-ctos ab omib⁹ penis redime. ⁊ ad celeſtis regni gloriā ſem-piternā nos omēs fac miſeri-corditer p̄uenire: Qui cuȝ pa-tre ⁊ ſpū̄ſctō viuis ⁊ reg: deus p̄ oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

In eleuatiōe corp̄is dn̄i ieſu chriſti dic om̄es ſequētes.

Ave verū corpus chri-ſti: natū ex maria vir gine. vere paſſum im-molatū in cruce p̄ hoie. cuius latus pforatū vero fluxit ſan-guine. eſto nob̄ preguſtatum mortis in examie. O clemenſ o pie o dulcis fili marie: miei mi-ſerere. Et da ſicut te nūc vide re merui in forma panis. ita cū ad iudicandū veneris ſecur⁹ ⁊ gaudens te merear videre in gloria tue maieſtatis. Amen.

Ave caro chriſti chara im-molata crucis ara redēptiōis hoſtia. morte tua nos amara fac redēptos luce clara tecum frui glīa. Aue verbuȝ incar-natū in altari ꝯſecratū panis viuus angelorū ſalus ⁊ ſpes infirmoꝝ medicina pctōrum Salue corpus ieſu chriſti qđ de celo deſcēdiſti ⁊ pplm̄ rede miſti cum in cruce pependiſti Jeſu bone fons pietatis laus angeloꝝ glīa ſanctoꝝ ſpes pec catoꝝ miſerere nobis. Amen.

Orō ſancti Thome de aq̄ no in eleuatiōe corp̄is vl̄ poſt dicenda infra actionem.

Adoro te deuote latēs deitas. q̄ ſub his figu ris vere latitas. Tibi ſe cor meū totuȝ ſubijcit. q̄ꝛ te ꝯtemplās totū deficit Viſus guſt⁹ tact⁹ in te fallit̄. ſȝ audi-tu ſolo tute credit̄. Credo q̄c-q̄d dixit dei fili⁹. v̄bo veritatis nihil verius. In cruce latebat ſola deitas. ſed hic latet ſimul ⁊ humanitas. ambo tamē cre dens atq̄ ꝯfitens. peto qđ pe tiuit latro penitens. plagas ſic̄ Thomas nō intueor deū: tn̄ meū te eſſe ꝯfiteor. fac me tibi ſp̄ mag̃ credere. in te ſpem hr̄e te diligere O memoriale mor tis dn̄i. panis ver⁹ vitā p̄ſtās homini. Preſta mee menti de te viuere. ⁊ te illi ſp̄ dulce ſap̄e.

Pie pellicane ieſu dñe me im-
mundũ mũda tuo ſanguine.
Cuiꝰ vna ſtilla ſaluuȝ facere
totũ mundũ poſſit omi ſcelere
Jeſu pie quē nunc velatũ aſpi
cio. qñ fiet illud qꝺ tam ſitio.
vt te reuelata cernēs facie. vi-
ſu ſim beatꝰ tue glie. Amen.

Item ſalutationes dñi no-
ſtri ieſu chriſti reuelate cuidaȝ
deuoto viro q̇ dũ iuxta cōſue-
tudinē ſuā quotidie ſalutaret
beatā virginē certis orōnibus
tandē dñs ieſus ſibi apparēs:
has ſalutatiōes eũ docuit at-
q̃ vt eũ quotidie ſic ſalutaret
ammonuit.

Ave ieſu chriſte ꝟbuȝ
pr̄is: filiꝰ ꝟginis. Ag-
nus dei. ſalus mundi
hoſtia ſacra. verbũ caro. fons
pietatꝫ. Aue ieſu chriſte laus
angeloꝝ. glia ſctōꝝ. viſio pacꝫ
deitas integra. verus homo.
flos ꝛ fructꝰ ꝟginitatis. Aue
ieſu chriſte. ſplēdoꝛ pr̄is. prin-
ceps pacis. Janua celi. panis
viuus. ꝟginis partꝰ. vas dei-
tatis. Aue ieſu chriſte. lumen
celi. preciũ mũdi. gaudiũ nr̄m
angeloꝝ panis. cordis iubilꝰ.
rex ꝛ ſponſus ꝟginis matris.
Aue ieſu chriſte. via recta. ve-
ritas pfecta. p̄miũ nr̄m. chari-
tas ſũma. fons amorꝫ. pax du-
rabilis. reqes vera. vita ꝑhen-
nis. Amen.

Item in eleuatione.

Ave i euũ ſanctiſſima
ꝛ p̄cioſiſſima caro. A-
ue in euũ ſanctiſſime ꝛ
p̄cioſiſſime ſāguis dñi nr̄i ieſu
xp̄i. Aue ſalutaris victima p
ſalute hũani generis i ara cru-
cꝫ oblata. Aue hoſtia ſufficiē-
tiſſima. Aue refectio delicatiſ-
ſima. Aue Jeſu chriſte. Aue
redēptoꝛ mūdi. ineſtimabilis
glia oim electoꝝ q̇ p nob miſe-
ris pctōꝛibꝫ dignatꝰ es hanc
carnē de imaculata ꝟgine aſ-
ſumere. ꝛ hūc ſanguinē de la-
tere tuo effundere. pendens in
cruce emunda nos: ſanctifica
nos. Dirige nos in viā ſalutꝫ
eterne. Et ſicut in hoc tam ſa-
cro myſterio facta eſt trāſmu-
tatio de pane ꝛ vino. ſic nos i
te trāſmuta. ꝛ grē apta totalr̄
ꝛ ꝯforma. Amē. De corpo-
re chriſti orō deuotiſſima poſt
eleuationem dicenda.

Domine ſcē pr̄ q̇ agnũ
imaculatũ hic tibi of-
ferēdũ i ſummi amo-
ris amenitate ſuſcipis te ſup-

plices exoram⁹. vt deſideriū nr̄m igne eiuſdē amorꝫ inflāmatū cū hac ſacroſctā hoſtia i ꝯſpectu paternitatꝫ tue digne appareat ⁊ obtineat nobis remiſſionē oīm pctoꝝ ⁊ negligētiaꝝ nr̄aꝝ ⁊ inq̄ntu eſt poſſibile talē vitā q̄lis fuit q̄ ea morte termiata ē cui⁹ in p̄n̄ti mēoria celebraꝶ. Amē. De eodem

O Oriens ſplēdor lucis eterne ⁊ ſol iuſticie veni ⁊ illumia me ꝯgnitiōe miſcdie tue⁊ miſerie mee ⁊ fac in me vitiū depire: ⁊ oīs boni germē oriri ꝑ deſiderium qd̄ ab eterno habuiſti ad noſtrā redēptionē trahe oēe deſideriū meū in te ꝑ vinculū amoris qd̄ te tractū de ſinu patris ꝯtulit gremio mr̄is. da vt inebriet me ignita ⁊ melliflua vis tui amorꝫ q̄ me faciat omniū terrenoꝝ fundit⁹ obliuiſci ꝑ magnitudīe amorꝫ adeo vt ſicut flāma ardēs tot⁹ candeam in tui amorꝫ deſiderio qd̄ nulla creatura poſſit minuere. Amen. Item oro in eleuatione vl' poſt vl' aliūde coram imagine crucifixi dicēda. quā q̄ deuote dixerit tot dies idulgentiaꝝ acquiret quot fuerūt vulnera in corpe ieſu tpe paſſionis ei⁹: q̄ fuerūt ſex mille ſexcenta ⁊ ſexagintaſex q̄s indulgētias dn̄s Grego. papa terti⁹ us contulit ad inſtantiam regine anglie.

Recor te amātiſſime. dn̄e ieſu xp̄e ꝓpter illā eximiā caritatē q̄ hūanū gen⁹ dilexiſti qn̄ tu celeſtꝫ rex pēdebas i cruce cū deifica caritate cū mitiſſima aīa cum triſtiſſimo geſtu. cuꝫ turbatis ſenſibꝫ. cū expāſis maibꝫ. cū ꝓſtrepētibꝫ membris. cū extēſis venis. cū clamoroſo ore. cū rauca voce. cū pallida facie. cum mortali colore. cū lacrimoſis oculis cū vertigine cerebri cū ardēti ſerie. cū gemebūdo gutture. cū ſitibūdis deſiderijs. cū amaro guſtu fellis. cum inclinato capite. morte obuiāte. cū diuiſione corpis ⁊ anime. cuꝫ tranſuerberato corpe. cū tranſfixo corde. cuꝫ ſanguineis vulneribus. cū defluentibꝫ riuis. cum origine viuentis fontis. In ea charitate precor te pijſſime domine ieſu qua tuū amoroſum cor ſcindebatur. vt ſis mihi placabilis ſuper multitudinem peccatoꝝ meoruꝫ: ac

bonū ⁊ ſanctū finem vite mee necnō gratioſam letāqꝫ reſur‑rectionē mihi ꝓpter largiſſimā miſericordiā tribuere digneris. Qui viuis ⁊ regnas cum deo pr̄e in vnitate ſpūſſancti deus Per oīa ſecl'a ſecl'oꝝ. Amen.

De paſſione ieſu chriſti. et de ſeptē verbis vltimis orō.

Salue ieſu patrē in hora neceſſitatis inuocās Salue ieſu pro cruci‑fixoribꝫ tuis orans. Salue ie‑ſu latroni paradyſi gaudia ꝓ‑mittens. Salue ieſu mr̄em di‑ſcipulo dilecto cōmittēs. Sal‑ue ieſu amorē noſtruꝫ te ſitire exclamās. Salue ieſu ꝯſum‑matū eſſe opꝰ amoris atteſtās Salue ieſu voce magna ſpiri‑tū in manꝰ pr̄is cōmendans Salue ieſu caritatē excellētiſſi‑mam circa nos tua morte de‑monſtrās. Salue ieſu vita ſpi‑ritꝰ mei cū clamore vlido expi‑rans. O mira circa nos tue pietatis dignatio. O ineſtima‑bilis dilectio caritatis. vt ſuū redimeres teipm amātiſſime ieſu in mortē turpiſſimā tradi‑diſti. O preualētia caritatis que ſic ſuꝑaſti ꝯfortē diuinita‑tis. Amen. De eadem

ya rubens roſa flagrā‑tiſſime caritatis. obſe‑cro te per ꝟtutē amoris q̄ tuā nobiliſſimā animam a tuo corꝑe ſeparauit. Da mihi amorē q̄ me totū liquefactum in memoria p̄cioſe et amoroſe mortis tue tecū viuat inſeꝑabi‑li ⁊ felici vnione. Eya ieſu me‑um deſiderabile bonuꝫ. da vt tua ſaluberrima mors viuifi‑cet me. ad vitā tibi plene lau‑dabilē in tue amoroſe mortis recōpenſationeꝫ. Jeſu corona eterne iocunditatis. ꝑ gaudiū qd̄ in paſſione tua ſanctiſſima anīa habuit. de hūana redem‑ptione intrahe tibi cor meuꝫ ⁊ animā meā vt extra te nunqꝫ in aliq̄ creatura vl' ad modicū valeam delectari. Eya ieſu p̄‑cordialiſſime da mihi intenti‑onē q̄ te in omnibꝫ ⁊ ſuꝑ omia laudet. ꝑ tua amariſſima paſſi‑one. Eya ieſu ſuauiſſime da mihi deuotionē que tuā i om‑nibus laudabiliſſimā ꝑficiat voluntatem. De paſſione chriſti oratio ad patrem.

Omine ſancte pr̄ pro‑pter tuā largitateꝫ ⁊ fi‑lij tui paſſionē qui pro me ſuſtinuit mortē. ⁊ per mi‑

tris et⁹ excellentiſſimā ſanctitatē ꝛ omniū ſanctoꝝ merita. concede mihi pctōri indigno omni tuo beneficio frui: vt te ſolum diligā; tuo ſemꝑ amore ferueam: tuū ſemꝑ honorē ſitiam. beneficiūq; paſſiōis filij tui continue in corde habeam: meā miſeriā recognoſcam ꝛ ab omnib⁹ cōtemni ꝛ cōculcari cupiā: nihil me afficiat niſi tu: nihil me ꝯtriſtet niſi culpa. Amen. Item de paſſione chriſti oratio ad filium.

Domine Jeſu chriſte cor meū tuis vulnerib⁹ saucia. ꝛ mentē meā tuo ſanguine inebria. vt quocunq; me vertā ſemꝑ te videam crucifixum. ꝛ quicq̄d aſpexero mihi appareat tuo ſanguine rubricatū. vt ſic tot⁹ in me intendens nihil valeā preter te inuenire. nihil niſi tua vulnera valeam intueri. Hec mihi conſolatio ſit tecū mi dn̄e vulnerari. hec mihi intima ſit afflictio. ſine te aliquid meditari nō quieſcat cor meū bone ieſu. donec te inueniat centrum ſuū vbi cubet vbi ſuū termiet appetitū. Amen.

De eadem.

Tranſfige dulciſſime ieſu medullas aīe mee ſuauiſſimo ac ſaluberrimo amoris tue vulnere viſcera anīe mee. vera ſuq; apoſtolica caritate. vt langueat ꝛ liq̄ſcat anīa mea ſolo ſemꝑ amore ꝛ deſiderio tui. ꝯcupiſcat ꝛ deficiat anīa mea in atria tua. cupiat diſſolui ꝛ eſſe tecū. da vt anīa mea te ſolū eſuriat panē angeloꝝ refectionē aīarū ſctāꝝ panē nr̄m q̄tidianū ſuꝑſubſtantialē habentē oēm dulcedinē ꝛ saporē: ꝛ om̄e delectamentū ſuauitatis. te in quē deſiderant angeli ꝓſpicere ſemꝑ eſuriat ꝛ comedat cor meū et dulcedine ſaporis tui repleantur viſcer⁹ anīe mee. Te ſemꝑ ſitiat fontē vite: fontē ſapiētie: fontē ſciētie: fontē eterni luminis: torrentē voluptatis: vbertatē dom⁹ dei: te ſemꝑ ambiat: te querat: te inueniat. ad te tendat. ad te ꝑueniat. te meditetur. te loquat. ꝛ oīa operet i laudē ꝛ gloriā nois tui cū humilitate ꝛ diſcretione. cū dilectione ꝛ delectatiōe. cū facilitate ꝛ affectu. cū ꝑſeuerātia vſq; in finem. et tu ſis ſolus mihi ſemper ſpes mea. tota fiducia

mea diuitie mee. dlectatō mea
iocunditas mea. gaudiū meū
qui es tranquillitas mea. pax
mea. ſuauitas mea. odoꝛ meꝰ
dulcedo mea. cibꝫ meus. refe-
ctio mea. refugiū meū. auxili-
um meū. ſapiētia mea. paſſio
mea. poſſeſſio mea. theſaurus
meꝰ. in quo fixa ⁊ firma ⁊ im-
mobiliter ſemper radicata ſit
mens mea ⁊ coꝛ meū. Amē.

De ſingulis articul' paſſio-
nis ieſu chꝛiſti oṙo multū de-
uota.

Ave ieſu ſplēdoꝛ pater-
ne gl'ie. floſculus fecū-
ditatis ꝟginee. pr̄iar-
chis ꝑmiſſus. a ꝓphetis p̄di-
ctus. a iuſtis deſideratꝰ. in ſa-
lutē oīm expectatꝰ. ꝟgini ma-
rie ꝑ gabrielē archangelū nūci-
atus. de ſpū̄ſctō ꝯceptꝰ. verus
deꝰ ⁊ homo natꝰ. panniculis
inuolutꝰ. in p̄ſepio reclinatus
paſtoꝛibꝫ reuelatꝰ. a magꝭ ad-
oꝛatus. legaliter circūciſus. in
templo p̄ſentatꝰ. a iohāne ba-
ptizatus. ab hoſte temptatus
clarens miracul' cū palmis ſu-
ſceptus a turbis. cenās cū di-
ſcipulis. ⁊ coꝛpus ſanguinēq̄ꝫ
tuū ſacratiſſimū tradēs eis. a
iuda traditꝰ ⁊ venditꝰ. ſangui-
neo ſudoꝛe ꝑfuſus. ab hoſtibꝫ
captꝰ. ab omibꝰ amicis dereli-
ctus. diris nexibꝫ aſtrictꝰ. an-
ne ⁊ cayphe p̄ſentatꝰ. facie ve-
latus. colaphis ⁊ alapis ceſus
ſputo fedatꝰ. oppꝛobꝛijs ſatu-
ratꝰ. Pylato p̄ſentatꝰ. ab he-
rode ſpꝛetꝰ ⁊ illuſus. linguis
iudeoꝝ crucifixus. dire flagel-
latus. purpura deriſus. ſpinis
coꝛonatꝰ. baiulans ſibi crucē
tanq̄ꝫ latro. cū pugnis ⁊ fuſti-
bus ad mortē ꝓpulſus. ſpecu-
lū ꝯtumelie factꝰ nudatꝰ. di-
ris clauis crucifixus. oībꝫ mē-
bris diſtentus. inter latrones
deputatꝰ: deſpectꝰ ⁊ blaſphe-
matus. Nouiſſimꝰ viroꝝ. ⁊ q̄-
ſi leproſus viſus patrē inno-
cans. ꝓ tranſgreſſoꝛibꝫ oꝛans.
latroni ꝑadiſum ꝑmittēs. ma-
tri filiū prouidēs. ſitim excla-
mans. ꝯſummatū opꝰ amorꝭ
atteſtans. felle potatꝰ. in moꝛ-
te pallidus. ſpūm p̄ri cōmen-
dans. cū clamoꝛe valido expi-
rans. lancea ꝑfoꝛatꝰ. de cruce
depoſitꝰ. ab amicis lamētatꝰ.
⁊ ſepultꝰ. a moꝛte reſurgens: ⁊
victoꝛ ad celū aſcēdens. ac ſpi-
ritūſctm̄ paraclytū eccl'ie ſponſe
tue in ſignū ꝑfecti amorꝭ tranſ-
mittens. Et ideo ego nimiū

membꝛū̃ ſanguie tuo redēptū ⁊ toti⁹ vniuerſitatis ſalutē af-fectans. amplectoꝛ te et ſic in amoꝛe tuo q̇ te ad ſingula ꝑfe-renda coegit. ſingula tua vul-nera deoſculoꝛ. oꝛās vt collo-cēs te altiſſimū myrrhe faſci-culū int̕ vbera aīe mee. Amē.

Item poſt eleuationez dic oꝛonem ſequētē. Et notandū ꝙ q̇cūq̄ʒ inter eleuationez coꝛ-poꝛis chꝛiſti ⁊ tertiū agn⁹ dei cam deuote dixerit ꝯſequit̃ in-dulgētiā viginti miliū dierū ꝯceſſam a dn̄o innocentio pa-pa ſexto ad ſupplicationē dn̄i philippi regis francie.

Domine ieſu chꝛiſte q̇ hanc ſacratiſſimā car-nē de glo̕ioſa v̕gine ma-ria aſſumpſiſti: ⁊ hūc p̄cioſuʒ ſanguinem de ſc̄tiſſimo latere tuo in ara crucis ꝓ ſalute nr̄a effudiſti. Et in eadē gloſa car-ne a moꝛtuis reſurrexiſti ⁊ ad celos aſcēdiſti. ⁊ iteꝝ ventur⁹ es iudicare viuos ⁊ moꝛtuos in eadē carne libera nos ꝑ ſa-cratiſſimū coꝛp⁹ tuū qd̕ in al-tari tractat̃ ab oībus imundi-cijs mentis ⁊ coꝛpis: ⁊ de vni-uerſis malis ⁊ ꝑiculis p̄teritꝭ p̄ſentib⁊ ⁊ futuris. Qui cum deo patre ⁊ ſpū̃ ſc̄tō viuis ⁊ re-gnas in ſecl̕a ſecl̕oꝝ. Amen.

Dormituro dicēda eſt hec oꝛatio.

Ieſu dulciſſime Ieſu pr̄ dilectiſſime tu me-cū queſo maneas. hac nocte mecū doꝛmias: vt coꝛp⁹ ſomnū capiat ⁊ nunq̄ʒ coꝛ ob-doꝛmiat ſed ſemꝑ ad te vigi-let: ⁊ te p̄ſentē videat. ⁊ omne malū caueat. Me angel⁹ cu-ſto✠diat. ⁊ ſignuʒ crucis ✠ muniat. Hinc ſathan ꝓculſu-giat: ⁊ ieſus ſolus maneat: q̊s amo tecū colligas: in lecto coꝛ-dis foueas. nec me n̕ ſp̄os de-ſeras. ſʒ bn̄✠dicens ꝓtegas. ⁊ in euum cuſtodias. Amen.

Oratio mane dicenda ad coꝛ Ieſu.

Laudo: bn̄dico: gloꝛifi-co ⁊ ſaluto dulciſſimū ⁊ benigniſſimū coꝛ ie-ſu chꝛiſti fideliſſimi amatoꝛis mei grās agens ꝓ fideli cuſto-dia: q me hac nocte ꝓtexiſti ⁊ ꝓ me laudes ⁊ grāꝝ actōes ⁊ oīa q̄ ego debebā deo pr̄i inceſſan-ter ꝑſoluiſti. Et nunc oꝛo a-matoꝛ vnice quatinus v̕tutez tui diuini coꝛdis me ſupplicez tuum ab omi periculo anime

⁊ corpis miſericorditer cuſto-
dire digneris: ⁊ vſq̧ in ſinē vi
te mee in tuo ſctō ſuitio ⁊ amo
re des mihi feliciter ⁊ fideliter
pſeuerare. Amen.

Cum mane ſurgis vł quo
q̄ pergere velis dic.

Benedicat ✠ me impe
rialis maieſtas. prote-
gat ✠ me regalis diui
nitas. Cuſtodiat ✠ me ſem-
piterna deitas. Defendat ✠
me imēſa trinitas. Foueat ✠
me glorioſa vnitas. Dirigat
✠ me ineſtimabilis bonitas.
Regat ✠ me potentia patris.
Viuificet ✠ me ſapientia filij
Illuminet ✠ me ꝟtꝰ ſpūſſan-
cti: ſalua ⁊ o. deus ⁊ homo. ſit
mihi iſta inuocatio ſalꝰ ⁊ ſem
piterna ꝓtectio. In noīe pr̄is
⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Amen.

Oratio ſancti Auguſtini a
ſpū ſancto ſibi reuelata.

Deus ꝓpiciꝰ eſto mihi
pctōri et cuſtodi me.
ſis omnib₉ dieb₉ ⁊ no
ctibus vite mee. deus abraam
deus yſaac. deus iacob miſere
re mei. ⁊ mitte mihi in adiuto-
rium ſanctū michaelē archan
gelū: qui me defendat ⁊ prote
gat ab omibuſ inimicis meis
Sancte michael archangele
defende me in ꝑiculo vt nō pe
ream in tremēdo iudicio. O
ſctē michael archangele ꝑ gra
tiā quā meruiſti te depcor: ⁊ ꝑ
vnigenitū filiū dei dn̄m nr̄m
ieſum chriſtum vt eripias me
hodie a ꝑiculo mortꝫ. Sancte
gabriel: ſctē raphael: om̄s ſan
cti angeli ⁊ archangeli dei. ſuc
currite mihi. Precor vos oēs
ꝟtutes celoꝝ: vt detꝫ mihi au-
xiliū ⁊ potentiā: vt nullꝰ inimi
cus me ꝯdēnare poſſit in via
nec in aqua nec in igne. nec ſu-
bitanea morte. nec me dormi-
entē: nec vigilantē opprimat:
aut ledat. Ecce cru ✠ cez dn̄i
fugite ꝑtes aduerſe. vicit leo
de tribu iuda radix dauid al-
leluia Saluator mūdi ſalua
nos q̄ ꝑ crucē ⁊ ſanguinē rede
miſti nos. auxiliare nob te de-
precamur deꝰ nr̄. Agyos othe
os: agyos yſchiros: agyos a-
thanatos eleyſon ymaſ. San
cte deꝰ. Sctē fortis. Sctē im
mortalis: miſerere nob Crux
chriſti ſalua nos Crux chriſti
protege nos. Crux chriſti de-
fende nos. In nomine patris
⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Amen.

Notandū ꝙ qui ſupraſcriptam orōem ſancti Auguſtini deuote legerit vel audierit. aut circa ſe portauerit ī illa die nō peribit. nec in igne: nec ī aq̄ nec in prelio: nec ī iudicio: nec ſubitanea morte interibit. nec quid mortiferū ei nocebit. Et quicq̄d iuſtū a deo petierit impetrabit. ⁊ cū aīa eius exierit de corpore. infernus eam non poſſidebit.

Sequit̄ alia oratio ſeu cōmendatio ad ſanctā crucem.

buz tuū. Queſo te o pijſſima ꝟgo maria ꝑ ineffabilia gaudia tui ꝟginalis ac ſupamirādi ↄcept⁹ ⁊ part⁹. ⁊ poſt hec dn̄ice reſurrectiōis ⁊ aſcēſionis. ⁊ tuijpſius aſſumptionis ⁊ glificatiōis. ⁊ ꝑ oīa alia ſctā gaudia q̄ habuiſti ⁊ habes de filio tuo dn̄o nr̄o Jeſu xp̄o vt adiuues ⁊ letifices animā meā. gaudio ſpiritali quo ſpūs me⁹ exultet in ſolo do ſalutari meo. Inſuꝑ o glioſa di genitrix ⁊ ꝟgo maria: te inſtāter moneo ꝑ illā ſanctā ⁊ maximā cōpaſſionē ⁊ acerbiſſimū cordis tui dolorē quē habuiſti qn̄ filiū tuū dn̄m nr̄m ieſum xp̄m an̄ crucē nudatuz ⁊ in ip̄a leuatū. pendentē crucifixū. vulneratū. ſitientē felle ⁊ aceto potatum vidiſti. voce magna clamantez audiſti. et morte crudeliſſima morientē doloroſiſſime conſpexiſti. O martyr cū martyrib⁹ trāſgladiata morte ſacratiſſima tui filij. hūiliter tibi ſupplico per q̄nq₃ vulnera ſua. ꝑ riuos ſacri ſanguinis ſui. ꝑ ↄtractōez viſcerꝝ ſuoꝝ pre nimio dolore vulnerꝝ ſuoꝝ vt aīam meam incēdas ⁊ vulneres amorē et paſſione dilecti filij tui ſic aīa tua ſctiſſima fuit in hora paſſionis eiuſdē doloris gladio vulnerata. ⁊ ꝑ fontes ſanctarū lachrymaꝝ tuaꝝ q̄s in eiuſdem filij tui paſſione fudiſti. da mihi ꝓ pctis meis veras plāgendi lachrymas ⁊ cōdignas Peto te ſupplicit' o pijſſima ꝟgo maria ꝑ oēm paſſionē dilecti filij tui. ⁊ cōpaſſiōez cordis tui. ne repellas me ꝓpt' pctā mea infinita. ſ₃ ꝑ tuam maximā clementiā audi ⁊ exaudi me. ⁊ da mihi quicq̄d filius tu⁹ req̄ſierit a me ꝟaciter agſcere tuo iuuamine feruēter incipe. pſeuerāter exeq̄. felicit' adimplere O flos ꝟginū maria. regina celi. dep̄co humiliter ⁊ deuote. vt cū oib⁹ ſanctiſ ⁊ electis dei. venias ⁊ feſtines in ↄſiliū ⁊ auxiliū meū in omibus orōnib⁹ ⁊ anguſtijs ⁊ neceſſitatib⁹ meiſ. ⁊ i oīb⁹ reb⁹. i q̄b⁹ ſū factur⁹ cogitatur⁹ aut locutur⁹. dieb⁹ ac noctib⁹. horis atq₃ momētis vite mee. ⁊ fac me doctū pugilē: aſtutu fortē vigilē. vt mōm carnē demonē. ⁊ hoſtes infeſtos ſupem. ⁊ mihi idigniſſimo famlo tuo ipetres a dilecto filio tuo miſe

ricordiã vere penitẽtie ſpaciũ corpis ⁊ anie ſalutẽ: ⁊ ſpũſſcti grãm: q̃ bñ oĩa diſponat: p̃teri ta mala indulgeat: pñtia emẽ det: ⁊ futura moderet: veterez hoiem exuat: ⁊ nouũ creans: ſibi habitaculũ faciat. Aiam cuſtodiat: corp⁹ regat: cogitatiões purificet: vota ⁊ deſideria ſctã infundat: recta ꝯſilia inſtruat. Juſta opa pficiat: ſenſus corrigat: mores, cõponat: actus diſponat: curſũ dirigat: ⁊ a ſeptẽ peccatis crimialibꝫ vſq in finẽ me liberat ac defendat: v̾tutes ĩſerat ſacraſ rectã fidẽ: firmã ſpem: ⁊ pfectã charitatẽ mihi tribuat. victoriã ꝯtra huius mundi aduerſitates: verã pacẽ ſpũalem ⁊ corpalẽ: humilitatẽ caſtitatẽ patientiã. ⁊ in oĩ bono pſeuerãtiã mihi ꝯcedat. O maria marꝫ ſtella. part⁹ ſalutꝫ. Naufragantiũ dux pia. miſerorũ patrona dulciſſima. reoꝝ aduocata doctiſſima. deſpatorũ ſpes vnica: pctõrũ ſaluatrix magnifica die, mea nouiſſima: me facie ſplendidiſſima. tua p̃cor irradia: tutrix ſecretiſſima mee mortꝫ piſſima diem ⁊ horã nũcia: pirata facta pfugo: tu portũ prebe naufrago: reo fer patrocinia: dãs miſero ſolacia: ſis ſpes ne deſperatione ſuccumbam mortis in agone: cuꝫ tunc nõ ſit ſpes altera. niſi tu virgo puerpera. patris parens ⁊ filia: cui me reconcilia. O miſericordiaꝝ ⁊ venie fons ineuacuabilis. imo ipſa miſericordia ⁊ venia nulli dans repulſam. Exauditrix benigniſſima. hanc orationem ſupplicem clementer ſuſcipias ⁊ exaudias. ⁊ vitaꝫ eternam mihi tribuas. Audi ⁊ exaudi me benigniſſima v̾go Maria mater dei ⁊ miſericordie amen

Item alia oratio de eadeꝫ ſimilis efficacie cum predicta

O ſanctitatis tue pedꝯ dulciſſima virgo maria corpore proſtratus et corde ſupplex oro. vt aliquid a te rogare me doceas: quod te audire ⁊ filiũ tuuꝫ exaudire delectet. Indignus ſum gratia ⁊ minor cunctis miſerationibus tuis peccatiſ meis obſtãtibus. A te ſanctiſſima audiri ⁊ a filio tuo benedictiſſimo exaudiri non mereor. Noli tñ

ad te clamātem. ꝛ vitā emen-
dare cupientem pia repellere:
q̄ manum gr̄e porrigere ſoles
ad te ſuſpiranti. Memorare
pijſſima nō eē auditū a ſeclo/
quemꝙ̄ ad tua currentē preſi
dia aut tua petentē ſuffragia
a te derelictū: Tali aniat᷒ cō
fidētia ad te ꝟgo maria ꝯfu-
gio. ad te curro ad te vēio. co-
ram te gemēs. ꝛ tremēs aſſi-
ſto. Noli ꝟgo imacl'ata a me
pctōre faciē tuā abſcōdere. ſʒ
ad me clemēter attende Noli
mr̄ oīum ab omi benignitate
tua me excludere. ſʒ benigne
fac mecū ꝓpter nomē tuū ſan
ctū. Noli mr̄ gr̄e filij tui gr̄aʒ
mihi denegare. ſed ḡtifica me
gr̄e illi quā gr̄a plena genui-
ſti Noli ſtella maris oberra-
re me a via lucis diu ꝑmitte
re. ſed ſplēdoris tui directiōe
erue me a peccatoꝝ caligine.
Noli porta celi obſcelera mea
iugiter obſerari. ſʒ reporta me
ad portam ḡtie. a qua ingra-
tas exiui. per quā tu mundo
vitā ꝛ ſalutē reportaſti. Noli
regina glīe ob tue celſitudinis
gliam mei pecca toris obliui-
ſci ſed memor eſto fragilitatꝭ
mee. ꝛ adiuua me ꝓpter ma-
gnitudinē glorie tue. Immo
noli regina miſericordie i me
miſero peccatore antique mi-
ſericordie tue nomē ammitte
re. ſed ƌm multitudinē miſe
rationū tuarum miſerere mei
Noli queſo clemētiſſima au-
res tue pietatis ob ingratitu
dinem meā ad clamorē meū
claudere. Noli miſericordes
tuos oculos. a me ſpes miſe-
roꝝ auertere. Noli ſolitā pie-
tatis tue manū retrahere. ſed
tolle quod metuo. largire qƌ
careo. Indulge quod offen-
do Salua me ſaluatrix. redi-
mo me redemptrix pctā mea
grauāt me. mūdus inuoluit
me caro ꝑmit ꝛ inquinat me
hoſtis inſidiat᷑: vt rapiat me.
hora mortis ꝛ ſententia iuſti
iudicis terrēt me. peccata ha-
beo. merita neſcio. Sʒ tu ad-
iutrix fortis in tribulationib᷒
adeſto dolorib᷒ meis. tantis
conſule periculis. Aliud eni
refugiuʒ neſcio poſt filiū tuū
O benigniſſima: pctā mea
dele. a mūdo me ablue. Cor
liquefacito: ſpūm hūilia. car-
neʒ iuſtifica. in bono ꝓpoſitū
meū firma: hoſtē remoue red
de mihi innocētiā vite. reduc

me in ſinuz gratie. rege me ne
ruam in morte͂ anime vl' op/
probrium fame. ꝛ ſi ceciderol
me erige. Mores actus ꝛ vi/
tam meam corrige. Jn omn
aduerſitate mea adiuua me
Jn cu͂ctis age͂dis dirige me
do placita doce me. obtine mi
hi ſpaciu͂ ꝛ locu͂ penite͂tie. Jn
hora exitus mei o cleme͂s mi/
hi digneris adeſſe. Tremen/
dam iudicis ſententia͂ in man
ſuetudinem co͂uerte Perduc
me ad beate viſionis p̄mium
regnu͂ glorie. Et alme trinita
tis facie͂ ſiue felicitatis fine p/
fruenda͂ mihi placabilem oñ/
de. O pia o dulcis ꝟgo ma/
ria amen. Jtem alia orato͂
ad beatiſſima͂ virgine͂ maria͂
ꝓ venia peccatoꝝ imperra͂da

Anctiſſima et btiſſima
virgo maria digniſſima
ꝛ incorrupta genitrix filij dei.
ſple͂didiſſima maris ſtella. re
gina angeloꝝ domina reguz.
Cuius ſpeciem rex etern⁹ co͂
cupiuit. que ꝓcedis velut au/
rora ꝯſurgens pulchra vt lu/
na electa vt ſol. terribil' vt ca/
ſtroꝝ acies ordinata. Cuiuſ
odor veſtimentoꝝ eſt ſuꝑ oi͂a
aromata. que aſcendis ꝑ de/
ſertum ſicut virgula fumi ex
aromatib⁊ myrrhe ꝛ thuris ꝛ
vniuerſi pulueris pigme͂tarij.
virga de radice yeſſe. virga ſa
cerdotaliſ ꝛ regia. que ſine hu
more ſeminis. ꝑ obumbrato͂ꝫ
ſanctiſpirit⁹ vireſce͂s fronduiſ
ſti. ꝛ vite fructum florida ger
minaſti. porta ſoli deo perula
paradiſus deliciaꝝ. hort⁹ con
cluſus fons ſignat⁹. puteus
aquaꝝ viuentiu͂. templu͂ ſpiri
tuſſancti. thalam⁹ immacu/
lati ſponſi. ſponſa incarnati
verbi. quam veneratur. ado/
rat ꝛ excolit omnis militie ce
leſtis exercituſ. Quam timet
ꝛ expaueſcit. omis inferoꝝ po
teſtas. cui deuotiſſimis cordi
bus obſequitur vniuerſitas
gentium Qua͂ btam ſingula
riter ꝛ benedicta͂ ꝓdica͂t om/
nes generationes. ſub cui⁹ ho
noris culmine ſe hu͂iliant ꝓn/
cipes cu'us venerationi ſub/
mittere ſe gaude͂t reges: ꝛ ſu͂/
mi apicis impatores: Ad te
o dn̄a q̄ tanta p̄emines excel/
le͂tia. q̄ tanta oe͂s excellis emi
ne͂tia. Ad te in q̄ꝫ venio pecca
tor humilim⁹ oim ꝛ abiectiſſi
mus in tota creatura dei Ad
te venio per qua͂ ſalus mu͂do

edita eſt. vt ſalutem corporis ⁊ anie precib⁹ tue dignatiōis obtineā. Ad te venio que im/munē ab omni peccato deum ⁊ hoiem genuiſti vt mihi pec/catorꝝ meorꝝ veniā apud eundem benedictum ventris tui fructū obtentu materne pietatis implores. Ad te venio q̄ virgo ante partū permanſiſti ⁊ virgo poſt partum: vt mihi tua interceſſione reparare di/gneris mundiciam cordis et corꝑis. quam tot ⁊ tantis inq̄namentis carnis ⁊ ſpūs pol/lui. quā ſic innumeris vicibuſ ab ineunte puericia tantaruꝫ ſordiū feditate corrupi Ad te ꝓſtremo venio. nihil d̄ tua poteſtate diffidēs. nihil de pietate deſperās. nihil de interuentus tui grā dubitās. Scio ei qꝛ potes omia que vis. ⁊ vis omia q̄ ad humanā ſpectant ſalutē. Et quia pie te fideliter ꝙ petentib⁹ miſericordiſ ſub/uenire nō differs. Teſtis eſt magnus patet baſilius. teſtiſ eſt ⁊ peccator olim theophil⁹ teſtis eſt ⁊ pie memorie Gre/gorius papa ſeptimus. vł ꝙ ta poteſtate predita ſis. vł ꝙ ta pietate redundas. vel ꝙ celeriter in te ſperantibus auxilium tue liberationis impen/das. Unde ⁊ ego licet indi/gnus rogo ⁊ depcor te o dn̄a regina celi ⁊ terre ꝑ illā ſingu/larem quam tibi deus ꝓſtitit grām ꝑ illam que de imma/culata carne tua ꝓceſſit. ꝑ hūa/nitatem noſtri mediatoris ꝟ/bi ⁊ carniſ: vt exiguitatis mee p̄ces dignanter accipias ⁊ o/pem tui patrocinij apud eun/dem filiū tuū hic ⁊ in futuro ſeculo clemēter exhibeaſ: quia fas non eſt: vt tibi pro me vł pro alio aliquo peccatore pe/tenti quicꝙ deneget ille q̄ de te naſci dignatus eſt ver⁹ rex ⁊ verus pacificus dn̄s nr̄ ie/ſus xp̄s. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat.

Sanctus Edmūdus Cātuarieñ. archieps. ſeqntem o/rationē cōpoſuit. eamꝙ q̈tti/die dicere cōſueuit in honoreꝫ ſanctiſſime dei genitricis ſemper virgiuis marie ⁊ beati io/hannis euāgeliſte tutoris ei⁹ quā cum ſemel ꝓpter occupa/tionē quandā dicere neglexiſ ſet apparuit ei ſanctus iohes euāgeliſta ferulā in manu te/nēs. ⁊ vt leuaret manū impe/

rans. Qui cũ leuaſſet. ⁊ ille fe
rulã alte leuãs. pie tñ ſubmit
tẽs. blãde eũ corripuiſſet ſub-
iungẽs ait. Caue ne ampliuſ
vnq̃ obmittas qđ diligenter
obſeruauit maximãq̃ ob hoc
ſanctitatis gr̃az ꝓmeruit. mł
ta etiã alia leguntᷣ facta mira
cula v̄tute illius oratõns que
breuitatis cauſa hic obmittũ

O Intemerata ⁊ in(tur
eternũ benedicta. ſin-
gularis ⁊ incõparabi
lis virgo dei genitrix maria.
Gratiſſimũ dei templũ. ſpũſ-
ſancti ſacrariũ. Janua regni
celeſtis per quã poſt deũ tot⁹
iniuit orbis terraꝝ. inclina au
res tue pietatis indignis ſup
plicatiõib⁹ meis: ⁊ eſto mihi
peccatori pia in omnib⁹ auxi-
liatrix. O iohãnes beatiſſi-
me xp̄i familiaris amice. qui
ab eodẽ dño nr̄o ieſu xp̄o vir
go electus ⁊ inter ceteros ma-
gis dilect⁹ atq̃ miſterijs ſalu
taribus vltra omnes imbut⁹
apoſtolus eius ⁊ euangeliſta
factus es preclariſſimus te in
uoco cum matre eiuſdẽ ſalua
toris vt opem tuã mihi cum
illa ferre digneris. O due gẽ-
me celeſtes maria ⁊ iohes O

duo lumiaria diuinitꝰ an de-
um lucẽtia. vr̄is radijſ effuga
te ſceleꝝ meoꝝ nubila. Vos
eſtis illi duo in q̃b⁹ ip̄e de⁹ pr̄
p filiũ ſuũ ſpecialr̄ edificauit
ſibi domũ. ⁊ in q̃b⁹ ip̄e fili⁹ di
pr̄is vnigẽit⁹ ob ſinceriſſime
v̄ginitatis meritũ dilectiõis ſue
ꝯfirmauit priuilegiũ in cru-
ce pendẽs vni vr̄m ita dicens
Mulier ecce fil⁹ tu⁹. deinde
ad aliũ. Ecce mr̄ tua. In hu-
ius ſacratiſſimi amoris dul-
cedie q̃ ita ore dñico velut mr̄
⁊ fili⁹ inuicez ꝯiũcti eſtĩ: vobis
duob⁹ ego pctõr hodie corp⁹
⁊ aїam meã ꝯmẽdo. vt oïb⁹ ho
ris atq̃ momẽtis int⁹ ⁊ exte-
ri⁹ firmi cuſtodes ⁊ pij apud
deũ interceſſores exiſtere digne
mi. Credo enĩ firmitꝰ ⁊ fateor
⁊ idubitantᷣ ſcio. q2 velle vr̄m
velle di ẽ. vñ q̃cq̃d ab illo peti
tis ſine mora obtinebitĩ. Per
hãc igr̄ tã potiſſimã vr̄e digni
tatĩ v̄tutẽ. poſcite mihi corpiſ
⁊ aïe ſalutẽ ⁊ a đo idulgẽtiaz
oïm pctõꝝ meoꝝ. atq̃ i extre
ma hora hui⁹ vite vẽite mihi
in adiutoriũ ꝯtra oms laq̃os
inimici ⁊ i die iudicij qñ red-
ditur⁹ ſuz rõem đ pctis meis
ſuccurrite mihi ãte tribunal

chriſti. vt nō deputer cum im pijs ad penā. ſed cū iuſtis ad gandiū ꝛ ad gloriā. Agite q̄ ſo agite glōſis veſtris orōni bus. vt cor meū inuiſere ꝛ inhabitare digneť ſpūs almus gratiaꝝ largitor optim⁹. qui me cūctis vitioꝝ ſordib⁹ expurget. ſacris ꝟtutib⁹ exornet in dilectiōe dei ꝛ ꝓximi ꝑſeuerare faciat. ꝛ poſt hui⁹ vite curſum ad gaudia ducat electorum ſuoꝝ. benigniſſim⁹ paraclitus. q̄ cū p̄re ꝛ filio coetern⁹ viuit ꝛ regnat deus ꝑ omnia ſecula ſeculoꝝ amen

Sequens oratio dicitur aurea: eo ꝙ nulla ea dulcior ꝛ beate ꝟgini marie acceptior ſenſu hūano dictari poteſt. ſi cuꝫ deuotione dicatur prout ipſa met habens eandem ſalutationē aureis lr̄is i pectore ſuo ſcriptam cuidam deuote ꝑſone legitur reuelaſſe.

Ave roſa ſine ſpinis: tuquā pater in diuiniſ maieſtate ſublimauit. ꝛ ob omni ve purgauit. Maria ſtella dicta mariſ: tuo nato illuſtraris luce clara deitatis: qua ꝑfulges cūctis datis Gratia plena te ꝑfecit: ſpiritusſanctuſ dū te fecit: vas diuine bonitatis: ꝛ toti⁹ pietatis. Dn̄s tecum miro pacto: ꝟbo vite carne facto: opere trini ꝯditoris o q̄ꝫ dulce vas amoris. Benedicta tu in mulierib⁹. hoc teſtatur om̄is trib⁹. celi fantur te beatam. ſuꝑ omnes exaltatam. Et benedict⁹ fruct⁹ ventris tui: quo nos dona ſemꝑ frui. ꝑ ꝑguſtū hic internum. ꝛ poſt morte in eternū. Amen. Hūc ſalutis ſenſum tue laudis ḡtum pēſum. Corde tuo ſinu pia. Clemens dulcis o maria Amen. Quicunqꝫ ſeq̄ntem orat ūculā q̄ttidie deuote dixerit ſine pn̄ia ꝛ miſterio corpis xp̄i non decedet ſic fuit reuelatū beato bernardo cui ab angelo data eſt.

Ave maria āćilla ſancte trinitatis. Aue maria ſpōſa ſpūſſancti. Aue maria mater dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i. Aue maria ſoror angeloruꝫ. Aue maria ꝓmiſſio ꝓphetaꝝ. Aue maria regia p̄triarchaꝝ. Aue maria mg̅ra euāgeliſtaꝝ. aue ma. doctrix apl̄oꝝ. Aue ma. ꝯfortatrix martyꝝ. Aue ma. fōs ꝛ pulchritudo ꝯfeſſorum

Aue maria decꝰ ⁊ corona ꝟ-
ginū. Aue maria ſalꝰ ⁊ cōſo-
latrix viuoruꝫ ⁊ mortuorum.
Mecū ſis in oībꝫ tēptatiōibꝫ
tribulationibꝫ. neceſſitatibus
anguſtijs ⁊ infirmitatibꝫ me
is. ⁊ impetra mihi veniā oim
delictoꝝ meoꝝ. ⁊ maxime in
hora exitus mei. nō deſis mi-
hi. o pijſſima ꝟgo maria amē

Bonifacius papa dedit oī-
bus ſeq̄ntem orōnem deuote
dicentibꝫ centū dies indulgē

Ue maria alta (tiaꝝ.
ſtips lilij caſtitatꝭ. Aue
ꝓfunda viola vallis humili-
tatis. Aue lata roſa campi di-
uine charitatis. Aue abyſſa-
lis fōs oīs grē ⁊ miſericordie
celi ros fructifer omis diuine
ſuauitatis ⁊ deuotionis amē

Sequit̄ orō de omibꝫ mem-
bris beatiſſime ꝟginis marie
quā q̄ deuote dixerit ſpecialeꝫ
ab ea grām ꝯſequitur. ⁊ debet
dici poſt quālibet clauſulam
vnū vel duo aue maria iuxta
exigentiā mēbri vel mēbroruꝫ
eiuſdem beatiſſime virginis.

Dulciſſima regina mū-
di. dei genitrix ꝟgo ma-
ria dignare me laudare. ado-
rare ⁊ bn̄dicere tua ſacratiſſi-
ma ꝟginea membra nectare
celeſti ⁊ diuino recolēda. Aue
maria. Adoro ⁊ benedico
beatiſſimos pedes tuos. qui-
bus antiq̄ ſerpentis cū omni-
bus pompis eius caput calca-
ſti. ⁊ arcem virtutū virginita-
tis prima aſcendēs dn̄m por-
tanteꝫ omia ſine grauamine
portare meruiſti. Aue maria

Adoro et benedico caſtiſſi-
mum vterum tuū aceruo tri-
tici lilijs candidiſſimis valla-
to. cōparatuꝫ. a ſpū ſancto im-
p̄gnatum. in quo tanq̄ꝫ cala-
mo mundiſſimo veꝝ deum ⁊
verā hominē dei filiū conce-
piſti. Aue maria. Adoro et
benedico nobiliſſimū cor tuū
omni ſapiētia celeſti decoratū
⁊ ardore charitatis inflāma-
tum in q̄ ſacra ꝯferens nr̄e re-
demptiōis miſteria. tꝑe con-
gruo reuelāda diligenter ⁊ fi-
deliſſime cōſeruaſti. Aue ma

Adoro ⁊ bn̄dico fecūdiſſi-
ma vbera tua botris aſſimila-
ta. ꝟtute celeſti repleta q̄bꝫ di-
filiū ꝓ nob̄ puulū factū a quo
paſcunt̄ omia lactauiſti. Aue
maria duo. Adoro ⁊ bn̄di-
co manus tuas tornatiles ple-
nas iacinctis. q̄bꝫ mōi ſalua-

torē. natū adorās in pſepio re
clinaſti. ꝛ ei⁹ mēbra ſacratiſſi-
ma in oī puerili neceſſitate re
uerendiſſime tractaſti. Aue
maria. Adoro ꝛ bñdico os
ꝛ linguā tuā diſertiſſimā qb⁊
angelo nūciāti ṽba ſalutis et
vite rñdiſti. ꝛ cuʒ dulci melo-
dia ꝑ ſuſceptis bñficiis grās
referēs magnificat decātaſti.
Aue mar. duo. Adoro ꝛ bñ-
dico labia tua melliflua que
ſaluatoris ori bñdicto geni-
trix imaculata mltotiēs per
oſcula ꝯiūxiſti. aue mar. duo.
Adoro ꝛ bñdico nares tuaſ
decētiſſimas qb⁊ dulcedinem
diuine pſentie ꝛ floris de na-
zareth id eſt xpī dñi nrī miraʒ
fraglantiā ſenſiſti. aue maria
duo. Adoro ꝛ bñdico obe
diētes aures. q̄s ad obſerua-
tionē diuinoꝝ pceptoꝝ ꝛ ꝯſi-
lioꝝ inclinaſti quibuſcꝫ dul-
cia vite eloquia ab ore increa-
te ꝛ ſūme ſapie ſuſcepiſti. aue
maria duo. Adoro ꝛ bene-
dico ſpecioſiſſimoſ oculos tu-
os q̄ ſpōſum aduolare fecerīt.
quoꝝ virtus ꝛ efficacia tan-
ta exiſtit vt neq̄ant eternalr̄
mori quoſcūcꝫ ex ipis volue-
ris miſericorditer intueri. aue
mar. duo. Adoro ꝛ bñdico
aīam tuā ſanctiſſimā ꝛ corp⁹
tuū mūdiſſimū. in qb⁊ dei fi-
lio gratiſſimū habitaculū pre
paraſti. ꝛ in q̄bus vt pie credi
tur in celeſtib⁊ iuxta filiū tuuʒ
reſidens. Iā ſtolā duplicē ſpe
ciali quodā ꝓuilegio in ame-
nitate ſumme btitudis rece-
piſti. aue ma. duo.

Subſcriptā orōem edidit
dñs Sixt⁹ papa q̄rtus ꝛ con
ceſſit oib⁊ eā deuote dicentib⁊
corā imagine btē virgis in ſo
le. xi M. annoꝝ vere idulgē-

Ue ſanctiſſima ma (tie
ria mr̄ dī regina celi por
ta padiſi. dña mdī. tu es ſin-
gularis ṽgo pura. tu ꝯcepiſti
ieſuʒ ſine pctō. tu pepiſti crea
torē ꝛ ſaluatorē mūdi in quo
ego nō dubito. ora ꝑ me ieſuʒ
dilectū filiū ꝛ liba me ab om-
nib⁊ malꝭ amē. Sequūtur
orōnes de ſeptē gaudiis cor-
palib⁊ btē marie virgis. ꝛ de-
bet dici aue maria p⁹ q̄dlibet

Irgo templū trinitatis
de⁹ ſūme bonitatꝭ ꝛ mie
q̄ tue hūilitatꝭ. dulcorēcꝫ ſua
uitatis vidit ꝛ fraglātie. De
te naſci nūciaꝛ. cū ꝑ angelum
mādaꝛ. tibi ſal⁹ grē modū q̄-
ris demōſtraꝛ. dū ꝯſentꝭ icar-
naꝛ ꝯfeſti rex glie. ꝑ h̄ gaudi-

um pcām vt hūc regē mereamur hr̄e xp̄iciū ⁊ ab eo ptegamur precii recipiam in terraꝫ viuētiū. aue ma. De ſcdo gtularꝫ cū tu ſolē ſtella parꝫ velut luna radiū. pariēdo nō grauarꝫ ꝟgo manēs nec mutaris xp̄i puerperiū ſic flos xp̄i odorē. ſuū ñ pdit decorē cuꝫ odor emittit. Sic tu xp̄i creatoreꝫ. ꝟgitatꝫ cādorē ñ pdis cū naſcit. O maria mr̄ pia. eſto nobis recta via. ad tuū filiū ac p tua gr̄a depelle nr̄a vitia p h ſcm̄ gaudiū. aue ma. De tertio gtulari. ſtellā nouā quam morari. vides ſup filio. cuꝫ a magis adorari ipm̄ cernis et ditari. mūere cū vario. Stella notat vnitateꝫ treſqꝫ reges trinitatē. i pdicto filio Aurū mētꝫ puritatē. myrrha carnis caſtitatē. ⁊ thus adorando. o maria ſtella mōi. a pctō ſim⁹ mōi. p te plēa gr̄a ⁊ ꝟtutibuſ fecūdi. leti tecū ⁊ iocūdi letem̄ in pr̄ia. aue ma. Quartū ꝟgo tibi dat. cū a morte ſuſcitatur xp̄s die tertia p h fides roborat ſpeſqꝫ redit mors fugatur atqꝫ dat venia. hoſtꝫ mal⁹ captiuat dolꝫ gemit āxiat iam miſſa potētia hō capt⁹ libat. ⁊ ab imo ſbleuat. ſurſū ad celeſtia. O tu mr̄ creatorꝫ. fūde pces cūctꝫ horꝫ. vt p⁹ iſtō ſeclꝫ p⁹ curſū h⁹ laboris. btīs iūgamur chorꝫ ſupnoꝝ ciuiū. aue.

Quītū ꝟgo recepiſti. aſcendētē cū vidiſti. filiū i gl'ia. tūc apte coguiſti. ꝙ tu mr̄ extitiſti. cui⁹ eras filia. In aſcenſu demōſtrat. via p quā aſcēdat ad celi palacia. Ergo ſurgat ⁊ ſeqt. iſtā viā ꝗ moratr i mōi miſia p h gaudiū rogamus ne ſubijci valeā⁹. demonis iperio. Sꝫ ad celos aſcēdam⁹ vbi ſp gaudeā⁹. tecū ⁊ cū filio

Sextū gaudiū oñdit. ꝺ ſup nis ꝗ dſcēdit i liguis paclit⁹. dū ꝯfirmat ⁊ defendit replet mūdat ⁊ accēdit aplos penit⁹ Ignis i liguis ē dat⁹. vt per ignē ſit ſanat⁹ homo linguis perditus. Et per ignem ſit ſanatus. ꝗ fuerat maculat⁹ per pctm̄ penit⁹. per hoc gaudiuꝫ btm̄. ora ꝟgo tuū natū. vt in hoc exilio deleat nr̄m reatum ne ſit nobis in pctm̄ i extremo

Ad ſeptimū inui iudicio tauit. cum de mundo te vocauit xp̄us ad celeſtia ſup choros exaltauit. exaltatā honorauit. ſpeciali gr̄a. ſic honor tibi preſtatur. ꝙ nemi refat niſi per te curia nec ꝟtutib⁊ dotat

niſi p te cui dat ꝟtutū cuſto-
dia. ꝟgo mr̄ pietatꝫ ſentiamꝰ
bonitatis tue bn̄ficiū vt nos
ꝑues a pctis. ⁊ pducas cū bea
tis. ad eternū gaudiū O ma
ria mr̄ mūda. a peccatis nos
emunda. per hec ſeptem gau
dia. ⁊ ſecūdo nos fecunda. ⁊
duc tecū ad iocūda padiſi me
nia. Aue ma. ꝟ. Digna me
Omniue ieſu xp̄e vnige-
nite ſūmi p̄ris. q̄ glīoſaz
ꝟginē mr̄em tuā letificare di
gnatus es. ↄcede ꝓpitiꝰ famu
lis tuis. eadē gaudia ad hono
rem ꝟgis ⁊ mr̄is tue ſepe re-
colere. q̄tinꝰ eiꝰ intceſſione g̅-
tiſſima ⁊ meritꝫ glīoſis mere-
antur cū ip̄a ⁊ ſctis tuis oīb in
tua glīa eternalr̄ glīari. q̄ cuz
deo. Itē alia orō de eiſdem
Aude ꝟgo (gaudijs
mr̄ xp̄i q̄ p aurē ↄcepiſti
gabriele nūcio: Gaude q̄ a dō
plena: pepiſti ſine pena cū pu
doris lilio. Gaude tui qz nati
quē videbas mortē pati. ful-
get reſurrectio. Gaude chri-
ſto aſcendente. ⁊ in celos tevi
dente motu fertur ꝓprio. Gau
de q̄ poſt ip̄m ſcādis. ⁊ ē ho-
nor tibi grādis in celi pala tio
ꝟ. Ora p nob ſcā dī genitrix

Eus q̄ btiſſimā ꝟ (orō
ginē mariā in ↄceptu ⁊
ptu dilecti filij tui ꝟginitate ſer
uata duplici gaudio letifica-
ſti. q̄ꝗ eiꝰ gaudia. eodez filio
tuo a mortuis reſurgēte. ⁊ ad
celos aſcendēte multiplicaſti
tribue q̄ſumꝰ. vt ad illud in-
effabile gaudiū. q̄ tecū aſſum
pta gaudet in celis eius meri
tis ⁊ p̄cibus pueni revaleamꝰ
Per eundē xp̄m dn̄m amen.
Item alia breuis de q̄nqꝫ
gaudijs beate marie ⁊ eſt bti
bernardi abbatis clareualr̄ vt
St tibi o pijſſima (dicit
q̄ oſculū imp̄mere. hūc
audire ꝟſiculū Aue maria g̅
tia plena dn̄s tecū. Totiens
eni oſcularis. q̄tiens p aue ſa
lutaris. Ergo ad eiꝰ imaginē
accedite. oſcula imp̄mite. aue
maria dicite.. Gaude virgo
gratioſa. verbo verbū cōcepi-
ſti. Gaude tellus fructuoſa.
fructū vite ꝑtuliſti. Gaude
roſa ſpecioſa. vernans xp̄o re-
ſurgēte. Gaude mater glīo-
ſa. xp̄o celos aſcēdente. Gau
de fruēs delitijs. nūc roſa iun
cta lilijs. Mūda nos a vi-
tio. ⁊ tuo iunge filio amen
Uerſus deuotꝰ. O dulcis ami

ca dei roſa vernās atq; deco ra. Memor eſto me dū mor tis venerit hora. Sequūt orōnes de ſeptem gaudijs ſpi ritualib9 q̄ btā v̄go maria nc̄ habet in celis ꝓut p eā reuela tū fuit cuidā duoto. q̄ cū alia gaudia corpalia ſpius. q̄ in h̄ mūdo habuit deuote q̄tidie recoleret ſibi dixit vt illa ſpūa lia deinceps recitaret in qui bus ſibi multo ampli9 cōpla

Aude v̄go mater (ceret chriſti tu que ſola meruiſti o virgo dulciſſima eſſe tan te dignitatis: vt ſis ſancte tri nitatis ſeſſione ꝓxima. Gau de flore virginali que honore ſpeciali trāſcendis ſplendife rū angeloꝝ ꝑncipatuz: ſan ctoꝝ decoratū dignitate nūe rum. Gaude nexu volupta tis amplexu charitatis. iū cta ſic altiſſimo vt ad votum cūſequaris. qd vis totū ac ꝑ car; ab illo dulciſſimo. Gau de ſplendēs vas virtutū. cui9 pendēs eſt ad nutuz: tota celi curia te benignū felicē. ieſu dignā genitricē. venerans in glia. Gaude ſpōſa chara dei nā vt clara lux diei: ſolis dat lumie: ſic tu facis orbez vere: tue plac; reſplēdere: luc; plen i tudie. Gaude mr̄ miſeroruz q2 pr̄ ſeculoꝝ dabit te colētib9 ꝯgruentē hic mercedē felicē poli ſedē: regnis in celeſtib9. Gaude parens v̄go pura. cer tamnaēs ſecura. q̄ hec tua gaudia: nō ceſſabūt nec decre ſcent: ſed durabūt floreſcēt: p eterna ſecula amē. Aue ma ria dicat ſemꝑ in fine cuiuſli bet. ℣. Specioſa fctā es ſua uis in delitijs tuis ſancta dei

Sup (genitrix. Oratio plicationē ſeruoꝝ tuorū deus miſerator exaudi vt qui ſancte dei genitricis virgis marie felicia gaudia q̄b9 aſſū pta in celis gaudet cōmemo ramus. eius interceſſionib9 ab inſtātib9 ꝑiculis eruamur. et ad eterna gaudia ꝑuenire me reamur. ꝑ eund. Item orō deuota ad ſanctā trinitatez et beatā mariā v̄ginē ꝓ peccato rū venia grā impetrāda.

Pater ymon a q̄ mūdus lege firma regit. a q̄ cer ta rōne benigne diſponit. par ce plebi q̄ a xp̄o. xp̄iana dicit. Adonay ab inferni defende ꝑiculo: q̄s dilecti ſacrauiſti fi lij vocabulo: q̄s eiuſdē rede

miſti ſalubri patibulo. Fili dei ieſu xp̄e dn̄ator dn̄e q̇ pro mūdi medicina nat⁹ es de v̄gine. placa p̄ri nos q̊s tuo redemiſti ſanguie. Athanathos mediator dei atq̧ hoim firma pactū pac̨ hui⁹ int̃ nos ꝛ dn̄m ne priuemur regno di pro cōmiſſo criminū. Qui procedis ab vtroq̧ paraclite ſpūs. cui⁹ ignis inflāmauit fideles diuinitus. hoc eodē noſtras ſordes igne crema ſtirpitus hoc eodem noſtre mentiſ oculos illumina. h̄ eodē ſenſ⁹ nr̄os ſcabroſos examina. hoc eodē vniuerſa nr̄a dele crimina. Triu⁹ deus in perſonis vnus in ſubā. culpas nr̄as et reat⁹ plēa dele venia ꝛ ſic mūdos a petis. reduc ad celeſtia.

Aue v̄go dei mr̄ vera ſpes fideliū: porta celi ſtella maris recti curſus brauiū. ſūma legis forma pacis ſalutis exordiū. Aue v̄go aue ſeta aue plena gr̄a. Aue ſponſa: aue mr̄: aue dei filia quā diuerſa facis vnū o oīpotētia. Fōs ſignat⁹ ſacramēti ſummi cōceptaculū ſcala iacob domus dauid. ſalomonis ferculuꝫ. a leonis ore ſalua xp̄ianū pplm

Theothocos v̄ga yeſſe. oliua fructifera templū di arche noe colūba pacifera ab iferni nos caribdi in eternū libera

Turris a q̄ pendet oīs armatura fortiū roſa florēs ſacrati lis liliū ꝯualliū medicis peccatoꝝ v̄tut̨ donariū. Uua dulcis flos ſuauis nardus odorifera. v̄go ſp̄ gl̄ioſa ſublimis puerpera p̄be nob adoptiuis pietatis vbera. Orientis porta clauſa quā vidit ezechiel. mēſa regis ad quaꝫ dapes tulit ip̄e gabriel. quarum opē in leonū lacu ſenſit daniel

Tu ſigillū libri vite ſoliduꝫ in ſecula. cui⁹ pōt ſolus agn⁹ ſoluere ſignacula. in hoc nr̄a p̄cum ſtilo cōſcribe vocabula

Tue v̄go ſanctitatis luce nos irradia. ꝛ ſic tua pia p̄ce deo recōcilia. vt poſt mortem gloriemur in celeſti patria.

Ad hoc oēs poteſtates v̄tutum celeſtiū. ad h̄ omēs ſancti veſtꝛ petim⁹ auxiliū. Miſerere noſtri de⁹ in pſonis trinitas. miſerere miſere noſtri ſimplex vnitas. te ſpūs omis laudet ſempiterna deitas amē

Oratio deuotiſſima beati bernardi abbat̨ clareuallen̄.

quã cũ ſemel diceret añ ima/
ginem crucifixi ip̃a imago de
cruce ſe inclinãs eũ amplexa/
ta eſt

### Salutatio ad pedes

Salue mũdi ſalutare ſal
ue ſalue Jeſu care cruci
tue me aptare. vellẽ vere tu ſcis
q̃re da mihi tuã copiã. Ac ſit
p̃ſens ſis accedo immo te p̃/
ſentez credo. o q̃ꝫ nudũ hic te
cerno ecce tibi me ꝓſterno. ſis
facilis ad veniã. Clauos pe/
dum plagas duras. ⁊ tam g̃/
ues imp̃ſſuras. circumplectoꝛ
cũ affectu. tuo pauẽs in aſpe/
ctu tuoꝝ memoꝛ vulneꝝ gra/
tes tãte charitati. nos agam⁹
vulnerati. O amatoꝛ pecca/
toꝝ. reparatoꝛ ꝯfractoꝝ. o dulcꝫ
pr̃ paupeꝝ. Quicq̃d eſt i me
ꝯfractũ. diſſipatũ aut diſtra/
ctũ. dulcis ieſu totuz ſana. tu
reſtaura tu cõplana. tam pio
medicamie. Te in tua cruce
q̃ro ꝓut queo coꝛde mero. me
ſanabis hic vt ſpero: ſana me
⁊ ſanus ero: in tuo lauãs ſan
guine. Plagas tuas rubicũ/
das ⁊ fixuras tã pꝛofundas
coꝛdi meo fac inſcribi. vt cõfi
gar totus tibi te modis amãſ
omnib⁹. Quiſquis huc ad te
acceſſit. Hoſq̃ꝫ pedes coꝛde
pꝛeſſit eger ſanus hinc abſceſ/
ſit. hinc relinquens quicquid
geſſit dans oſculum vulneri/
bus: Dulcis ieſu pie deus ad
te clamo licet reus. pꝛebe mi/
hi te benignum. ne repellas
me indignum. de tuis ſanctꝭ
pedibus. Coꝛam cruce pro/
cumbentem. hoſq̃ꝫ pedes cõ/
plec[illegible]ntem: ieſu bone non me
ſpernas: ſꝫ de cruce ſancta cer
nãs. compaſſionis gratia. In
hac cruce ſtans directe. inde
meo mi dilecte totuz te ad me
conuerte. eſto ſanus dic aper/
te. dimitto tibi omnia:

### Salutatio ad genua.

Salue ieſu rex ſanctoꝛuz
ſpes votiua peccatoꝛuz
in ligno tanq̃ꝫ reus: pendens
homo verus de⁹. caducis nu
tans genibus: O quam pau
per. o quã nudus. qualis es i
cruce ludus. deriſoꝛum iocus
factus. ſponte tamen non co/
actus. attritus membꝛis om
nibus. Sanguis tu⁹ abun/
danter. fuſus flu[illegible] iceſſanter.
totus lotus in [illegible]oꝛe. ſtans i
maximo doloꝛe pꝛecinctus

vili tegmine. O maieſtas in
finita. o egeſtas inaudita. q̄s
pro tanta charitate q̄rit te in
veritate. dās ſanguinē ꝑ ſan-
guine. Quid ſum tibi rñſurꝰ
actu vilis corde durus. q̄d re
pendaz amatori. qui pro me
eligit mori. ne dupla morte
moriar. Amor tuus amor for
tis. quē nō vincūt iura mortꝫ
o q̄ꝫ pie me ſub cura tua foueſ
impſſura. ne morſu mortꝫ vul
nerer. Ecce tuo ꝑ amore. te cō
plector cū robore. me coapto
diligēter. tu ſcis cauſam eui-
denter ſed ſuffer ⁊ diſſimula.
hoc qđ ago nō grauet. ſed me
ſcnet ⁊ lauet inquinatū ⁊ eg-
tum: ſanguis hic fluēs ꝑ totū
vt nō ſubſit macula. Jn hac
cruce te cruentū. te diſtentū et
ꝯtemptū. vt reqram me ipelle
⁊ h imple meū velle. facturus
qđ deſidero. Ut te q̄ram mē
te pura. ſit hec mea prima cu
ra. nō eſt labor nec grauabor
ſed ſanabor ⁊ mūdabor. cū te
cōplexus fuero Salutatio

Salue ieſu (ad manꝰ dñi
paſtor bone: fatigatus i
agone. q ꝑ lignū es diſtractuſ
⁊ ad lignū es cōpactus. expā
ſis manibꝫ. Manꝰ ſctē vos
auete/roſis nouis adimplete
hos ad ramos dure iuncte et
crudeli ferro pūcte. tot guttis
decurrētibꝫ. Ecce fluit circū-
quaq̄ꝫ manꝰ tua de vtraq̄ꝫ. ſā
guis tuus copioſe. rubicun-
dus inſtar roſe magne ſalutꝫ
ꝑcium. Manꝰ clauis ꝑfora-
ras ⁊ cruore purpuratas. cor
di ꝑmo pre amore. ſitibundo
bibēs ore cruoris ſtillicidiuz.
O q̄ꝫ large te expōis. ꝓmptꝰ
malis atq̄ꝫ bonis. trahis pi-
gros pios vocas. ⁊ in tuis vl-
nis locas. paratꝰ gratis om-
nibus: Ecce tibi me preſento.
vulnerato ⁊ cruento. ſꝑ egris
miſereris de me ergo ne gra-
ueris. qui ꝑſto es amātibus.
Jn hac cruce ſic extēſus. in te
meos trahe ſenſus. meū poſſe
velle ſcire cruci tue fac ſeruire
te meis apta brachijs. Jn tā
lata charitate. trahe me in ve-
ritate ꝓpter tuā crucē almam
trahe me ad crucis palmam
dans finez meis vitijs. Ma-
nus ſancte vos complector. ⁊
gemēdo ꝯdelector grateſ ago
plagis tantis clauis dirꝫ gut
tis ſanctis. dans lachrymas
cuz oſculis. Jn cruore tua lo-
tum. me commendo tibi totū

tue ſancte man⁹ iſte me defen
dāt ieſu xp̄e. extremis in picu
lis. Salutatio ad lat⁹ dn̄i
Salue ieſu ſumme bon⁹
ad parcendū nimis pro
nus. mēbra tua macilēta. q̄
acerbe ſunt diſtenta. in ramo
crucis torrida: Salue latus
ſaluatoris in q̊ latet mel dul/
coris. in q̊ patet vis amoris.
de quo ſcatet fons cruoris:
q̊ corda lauat ſordida: Ecce
tibi appropinq̊. p̄ te ieſu ſi ꝯde
linq̊ verecūda q̄dem frōte. tñ
ad te veni ſpōte. ſcrutari tua
vulnera. Salue mitis aptu/
ra. de q̄ venit vena pura. porta
patēs ꝛ pfunda. ſup roſaꝫ ru
bicunda. medela ſalutifera.
Odor tu⁹ ſup vinū. vir⁹ pel/
lēs ꝑpētinū. pot⁹ tu⁹ pot⁹ vite:
q̊ ſitit huc vēite. te dulce vul/
n⁹ api Plaga rubēs apire. fac
cor meū te ſentire. ſiue me ī te
trāſire vellē tot⁹ introire: pul
ſanti pauide paupi Ori meo
te ꝯtingo. in te cor meū intin/
go. te ardenter ad me ſtringo
te ardenti corde lingo. me to/
tū in te traice. O q̄ dulcis ſa
por iſte. q̊ te guſtat Jeſu xp̄e.
tuo vict⁹ a dulcore. mori poſſꝫ
ꝑ amore. te vnū amās vnice.
In hac foſſa me recōde: inter
meū cor pfunde. vbi iacēs in/
caleſcat. ꝛ in pace cōquieſcat:
nec pſus quēq̄ timeat. Ho/
ra mortis me⁹ flatus. intret ie
ſu tuū lat⁹: hic expirās ī te va/
dat ne hūc leo trux inuadat.
ſed apō te pmaneat Salu/
tatio ad pect⁹ dn̄i
Aue ſalus mea deus. ieſu
dulcꝭ amor me⁹. ſalue pectus
reuerēdū. cū tremore ꝯtingē/
dū. amoris domiciliū. Aue
thron⁹ trinitatis. archa lata
charitatis firmamētū īfirmis
pax ꝛ pauſa fatigatis. hūliū
tricliniū Jeſu dulcis paſtor
pie. fili dei ꝛ marie. largo fōte
tui cordis. feditatē mee ſordiſ
benigne pr̄ dilue. Aue ſplen/
dor ꝛ figura. ſūma dei genitu/
ra. de theſauris tuis plenis. ꝺ
ſolatis ꝛ egenis. mun⁹ clemē/
ter pflue. Dulce ieſu xp̄i pe/
ctus. tuo fiam dono rect⁹ ab/
ſolut⁹ a pctis. ardēs igne cha
ritatis. vt ſp te recogitē. Tu
abyſſus es ſophie. angeloruꝫ
armonie. te collaudāt ex te flu
xit. qd ioh̄es cubās ſuxit. fac
in te qd inhabitē. Aue fons
benignitatiſ. plenitudo deita
tis. corporalis ī te manet. va/

nitatem in me ſanet. qđ tu cō/
fers conſiliū. Aue ver tēpluz
dei. p̄cor miſerere mei. tu toti
us archa boni. fac electis me
apponi. vas diues deꝰ omniū

Salutatio ad cor dn̄i

Summi regis cor aueto
te ſaluto corde leto. te cō
plecti me delectat. ⁊ h̄ cor me/
um affectat. vt ad te loqr ani
mes. Quo amore vincebaris
q̄ dolore torq̄baris. cū te totū
exhauriſes. vt te nob̄ impertires
⁊ nos a morte tolleres. o mors
illa q̄ amara. q̄ imitꝫ q̄ aua
ra. q̄ p cellā introiuit. in q̄ vi/
ta mōi viuit. te mordens cor
dulciſſimuz. Propt̄ mortem
quā tuliſti qn̄ p me defeciſti.
cor inflāmatū ⁊ affectuz o cor
dulce p̄dilectū h̄ eſt qđ opto
plurimū. Per medullā cordiſ
mei. pctōris atꝫ rei. tuꝰ amor
trāſferat̄ q̄ potenter vulnerat̄
q̄cunq̄ te cōplectit̄. Dilatare
aperire tanq̄ roſa flagrās mi
re. cordi meo te coniūge: ſtilla
tui roris vnge. q̄ amat te quid
patit̄. Quid nā agit neſcit
vere. nec ſe volet cohibere. nul
lūſmodum dat amori. multa
morte vellet mori amore q̄ſ/
q̄s vincit̄. Uiua cordis voce
clamo. dulce cor nāq̄ amo ad
cor meū inclinare. vt ſe poſſit
applicare. deuoto tibi. pectore
O cor dulce p̄dilectū mūda
meū cor illectū. ⁊ in vanis in/
duratū piū fac ⁊ timoratū. re/
pulſo retro frigore. Tuo vi/
uat in amore. ne dormitet in
torpore. ad te oret. ad te plo/
ret. te adoret te honoret te fru
ens oī tempe. Roſa cordis
aperire cuiꝰ odor flagrat mire
te dignar̄ dilatare. fac cor me
um anhelare. flāma deſiderij
Da cor cordi ſociari tecū ieſu
vulnerari. nā cor cordi ſiliat̄.
ſi cor meū pforat̄. ſagittis im
perij. Infer tuū infra ſinum
cor vt tibi ſit vicinū. vt vix ſe
ipm capiat. in dolore gaudio
ſo cū deformi ſpecioſo. ſe ſp i/
ueniat. Hic repauſet h̄ more
tur. ecce iā poſt te mouet̄ te ar
dēter vult ſentire. vult potent̄
introir̄. noli noli ɔtraire. ōbeſ
ei ɔſentire. vt bn̄ de te ſentiat.

Salutatio vultus domini

Salue ieſu reuerēde. di/
gne ſp inq̄rende. me pn̄/
rem h̄ attēde. accedentē me ac
cende p̄cordiali gr̄a. Salue
caput cruentatū. totuz ſpinis
coronatū. arundine ſic ꝑbera

tū. facies ſputo ſic illita. Sal
ue cuiꝰ dulcis vultꝰ. immuta
tur ⁊ incultꝰ. immutauit ſuū
florē. totꝰ viſus in pallorē quē
celi tremit curia. Ois vigor
atq; virorum hinc receſſit nō am
miror. mors apparet in aſpe-
ctu. totus pēdet in affectu. at-
tritus egra macie. Hic aſpe-
ctus ſic deſpectꝰ. ꝓpter me ſic i
terfectꝰ peccatori tā indigno.
cū amoris interſigno. appara
clara facie. In hac tua paſſio
ne. me agnoſce paſtor bone. cꝰ
ſumpſi mel ex ore. hauſtū la-
ctis cū dulcore. pre omībꝫ de-
litijs. Nō me reū aſperneris.
nec indignū dedigneris. mor
tē tibi iā vicina. caput tuū hic
reclina: in meis pauſa brachi
is. Tue ſctē paſſioni me gau
derē interponi in hac cruce te
cū mori. p̄ſta crucis amatori.
ſub tua cruce moriar. Mor
ti tue tā amare g̃tes ago ieſu
chare q̇ es pn̄s pie deꝰ fac qđ
petit tuꝰ reus vt abſq; te non
ſiniar. Dū me mori eſt neceſ-
ſe. noli mihi tūc abeſſe in tre-
mēda mortis hora veni Jeſu
abſq; mora. tuere me ⁊ libera
Cū me iubes emigare ieſu ca
re tunc appare o amator am-
plectende. temetip̄m tūc oſtē-
de. in cruce ſalutifera

Salutatio ad dolores ſin
gulorum membrorum xp̄i dn̄i nr̄i.

Salue ſalue Jeſu pie. fili
dei ⁊ marie. qui de patre
ſine matre. ⁊ de matre ſine pa
tre es natus mirabiliter. Au
res tue tam benigne. omni ve
re laude digne angelorum q̊s
concentus totus celitus con-
uentus. mulcet ineffabiliter.
Quanta probra pertulerunt
⁊ q̃m ſepe audiuerunt. hic ſe-
ductor ⁊ peccator. hic vorator
⁊ potator ſemper habet demo
nium: Quis has penas enar
rare poſſet omēs ieſu care mi-
hi ſapit tecum flere. nec me
poſſum continere. attendens
hoc flagicium: Hinc latronē
ſeuientem. ſic iudeū nunc fre-
mentē. vah qui templum hoc
rependit. hic de cruce ſi deſcē
dit. hunc ſcimus dei filium.
Prophetiſa nūc clamare. nūc
te petrum ter negare crucifige
replicare. Aue rex te ſalutare
linguas inſipientiū. Malleo
rum ſonus multus iudeorum
hinc tumultꝰ: hinc marie ma
nās vultꝰ hinc creator tanq̃

ſtultus.ab omib) deſpicitur.
Os ſtillãs mellꝭ dulcore pal-
let totus pre horrore. cecos vi
ſu q̃ veſtiuit.hic viſu frui deſi
nit.q2 ſputis obruitꝛ. En pes
caput leua dextra. dolẽs paſ-
ſim intus extra.giro hinc illic
regiro.nil in tã ꝓclaro viro ni
ſi dolor ↄſpicitꝛ. Pign⁹ eterni
ardoris.huius cauſa ſum do
loris.ſcio ieſu qđ ſum re⁹.mi-
ſerere mei de⁹. hoc corp⁹ dũ re
linquitur amẽ. ℣. Adoramuſ
te xpe ⁊ bñdicim⁹ tibi. Quia
ꝑ crucẽ tuã redemiſti mundũ
Domine ieſu (Collecta
xp̃e.roge te ꝑ miſterium
ſancte icarnatiõis tue ⁊ ama
ritudiuẽ,paſſiõis tue ⁊ excellẽ
tiã dilectionis tue. ⁊ ꝓ̃ſſimaꝫ
gẽitricẽ tuã.⁊ merita ⁊ ſuffra
gia oim ſanctoꝝ ⁊ electoꝝ tuo
rũ miſerere mihi peccatori.nẽ
⁊ ſemꝑ in hora exitus mei. ⁊
miſerere clemẽtiſſime de⁹ aia
bus oim fideliũ defunctoruꝫ
ꝑ multitudinẽ oium miſera-
tionũ ⁊ miſericordiaꝝ tuaruꝫ
amẽ. Orõ ad btãm ꝟginem.
O Dña glorie.o regina le-
ticie.o fons pietatis . o
vena miſericordie. o ſcitatis
libras.o iocũditatꝫ amenitas
o ſplẽdor celi.o dulcedo para-
diſi.o dña angeloꝝ.o ſancto-
rũ leticia.o ꝟginũ gẽma.o fe-
lix ⁊ btã.tibi dña mea virgo
maria:hodie cõmẽdo totum
corp⁹ ⁊ aiam meã.totã vitaꝫ
meã.q̃ncꝫ ſenſus corpis mei
oia facta mea.mortem meã ⁊
reſurrectionẽ meã. Cu ſis bñ
dicta in eternũ ⁊ vltra cũ filio
tuo dño nr̃o ieſu xp̃o.q̃ cũ pa
tre ⁊ ſancto flamine viuit ⁊ re
gnat in ſecula ſeculoꝝ amen.
Alia de virgine beata
Ecordare ꝟgo xp̃i q2 h
quẽ dilexiſti:ex te pauꝑ
naſcitꝛ recordare q2 nat⁹.⁊ in
fenu reclinat⁹:carne circũcidi
tur. recordare ſymeonis. per
quẽ tue paſſionis. gladi⁹ exp̃
mitur.recordare q2 eũ ad per
dendũ tancꝫ reũ. herodes per
ſeq̃tur.recordare cruciatus.q̃
amiſſus a te nat⁹. ⁊ a ioſeph
q̃ritur.recordare q2 ductus i
egyptũ ⁊ reduct⁹ deſertũ in-
greditꝛ.recordare.q2 laſſus vi
is vẽtos ymbres paſſus:tem
ptari ꝑmittitꝛ.recordare,luna
mitis.eſtus prune famis ſitiſ
q̃bus crebro q̃ttitꝛ. recordare
q2 plorãs docẽs ſanãs ⁊ labo
rãs.a cũctis deſpicitꝛ.recorda-

re qꝛ cena turba fctã cũ byſſe-
na tradit ⁊ vẽdit. recordare q̊
merore. quo pauore. q̊ ſudore
ſanguine ꝑfundit. recordare
q̊ tumultu quibꝫ armis quo
inſultu. nocte cõprehẽdit. re-
cordare. qꝛ vinctꝰ. tanq̄ꝫ latro
ferro cinctus a miniſtris tra
hit. recordare qꝛ pilis eiꝰ vul
ſis tanq̄ꝫ vilis a ſuis relinq-
tur. recordare. qꝛ truſus ꝯcul
catꝰ a illuſus. adorari legitur
recordare v̓go bona. quali ſer
to qua corona caput eius ce
ditur. recordare. qꝛ ieſus ſtãs
velatus palmis ceſus ꝓpheta
re cogit. recordare. qꝛ exutꝰ fla
gellatus ⁊ cõſputus. purpura
induit. recordare. qꝺ mode-
ſtus alba veſte geſtãs meſtꝰ
inhoneſte ſternitur: recordare
quod ⁊ gratis accuſat ab inq̄
tis. tandẽ morti tradit. recor-
dare. qꝛ iuſtus ꝯdẽnat ⁊ in-
iuſtus barrabas dimittit. re-
cordare. qꝛ terre. dñator cru-
cem ferre humeris ꝯſpicitur.
recordare qꝛ cruci. cũ iniquis
clauo cruci. extẽſus affigitur.
recordare. qꝛ vermis ligni te-
ner ⁊ inermis. in altuꝫ erigit.
recordare. qꝺ inuictus victor
tanq̄ꝫ maledictꝰ. ſic pendere
cernit. recordare. qꝛ poris car
nis ruptꝫ vi doloris cruor lar-
gus fundit. recordare q̄nto ze
lo. cruor ille tuo velo roſeꝰ ex-
cipit. recordare. qꝛ gratũ cor-
pus eiꝰ denudatũ. ꝑ te mr̄ te-
git. recordare qꝛ gentes blaſ-
phemantes vach dicẽtes. vt
q̇d templuꝫ ſoluit recorda. q̊
ſermone increpatꝰ a latrone.
ſors in veſtẽ mittit. recorda.
qꝛ potu fellis ⁊ aceti his bu-
cellis. vtriſq̄ꝫ reficit. recorda.
q̊ furore. hely clamãs in dolo
re ſe relictũ q̄ritur. recorda. q̊
tremore. terre templũ cũ cla-
more. vita mũdi morit. recor
da. q̊ liuore. vnda manãs cũ
cruore latꝰ eiꝰ fodit. recorda.
q̊ mucrone. ꝓ dilecti paſſione
pectꝰ tuũ ſcindit. recor. ꝑ quẽ
planctũ corpꝰ illud ſacroſan-
ctũ de cruce deponit. recorda.
q̊ ꝯductu q̄nto fletu. q̄nto lu-
ctu ſepultura reddit. Per has
ergo v̓go ſuas paſſiões. imo
tuas nos emunda ſordibus.
vt felices cicatrices chriſti ſer
uis. dent radices noſtris fixe
cordibus. amen

Incipit roſariũ beate ma-
rie v̓ginis cum articulis vite
xp̄i quod quicũq̄ꝫ deuote di-

xerit maximas acquiret īdul
gentias: Notandum tamē
ꝙ in principio debet dici cre
do in deū. poſtmodum pater
noſter aue maria. ⁊ ante q̄mli
bet clauſulam. Aue maria g̅
tia plena dominus tecum be
nedicta tu in mulieribus ⁊ be
nedictus fructus ventris tui
ieſus xp̄us. ſine amen. q[.]que
libet clauſula incipit a relati/
uo qui quē vel quo qđ refert
ad ieſum xp̄um ⁊ poſt decem
clauſuſas ſemꝑ dicantur. pa
ter noſter. Credo in deū. Pa
ter n oſter. Aue maria.

Uſcipe roſariū virgo de
auratum. ieſu per cōpen
diū vita decoratū. Aue ma/
ria. Quē ꝟgo carens vitio
de flamine cōcepiſti. dum ga
brieli nūcio humillime cōſen
ſiſti. Aue. Quo imp̄gnata
citius cognatā viſitaſti. iohā
nemꝗ celerius in ventre ſan
ctificaſti. Aue. Quē ciuita
te bethleem letādo genuiſti.
necꝫ dolorem aliquē gignen/
do pertuliſti. Aue ma. Quē
regis dauid genere mox natū
adoraſti. ac vagientem vbere
virgineo lactaſti. aue. Quē
pannis faſcijs conſtrictū re/
clinaſti. ⁊ ſuis obſequijs te to/
tam mācipaſti. aue. Quem
magno cum tripudio angeli
laudauerūt. paceꝗ cuꝫ gau/
dio in terris cecinerunt. Aue

Quem paſtorem omnium
paſtores cognouerunt. dum ī
preſepe dn̄m iacentem inuene
nerunt. aue mara. Qui iu/
xta ritum homīs paſſus cir/
cumciſionem dulcis ieſu no/
minis cepit impoſitionē. aue.

Qui a trib⁹ regib⁹ ferueter
adorat̄. magniſꝗ muneribus
decēter venerat̄: Dic vnum
Pater nr̄. Aue ma. Quem
die q̄dragesima in templo pre
ſentaſti. ac moyſi legitima ſpō
tanee ſubiſti. eue. Quē hero
dem fugiens egypto adduxi/
ſti. tandeꝫ inde rediēs ad na/
ꝫareth veniſti. Aue. Queꝫ
ad feſta trāſiens dolēter per/
diſti ſed mox templū adiens
gaudēter reperiſti. Aue ma.

Queꝫ manuū ꝑ opa ſollici/
te nutriſti. ⁊ in etate tenera in
omnib⁹ ꝓuidiſti. Aue maria

Quē iordanis flumīe iohēs
baptiſauit. ⁊ agſcēs noīe digi
to mōſtrauit. Aue. Quē ſa
thanas aſtucijs triphарie tē/
ptauit. ſaluatorē ꝟſucijs pru/

dēter obuiauit. Aue. Qui
tuo ꝑ oraclo aquā i vinū mu-
tat: i q̄ ſuos miraclo diſcipl'os
ↄfirmat. aue. Qui obſeſſos
plīmis demōib' ſaluauit. ac
īfirmos varijs lāguorib' cura
uit. aue. Qui lazaꝝ cuz filio
vidue ſuſcitauit. puellā cū ꝓ-
digio ad vitā reuocauit. aue.
Qui cū pctōrib' freq̄nter mā
ducauit. hiſq3 penitētib' pec-
cata relaxauit. Dic vnū pater
nr̄. aue ma. Cui' pedes la-
chrymis peccatrix irrigauit.
dolenſq3 ex intimis veniā im
petrauit. aue. In mōte tabor
deforis q̄ trāſfigurat̄. ꝛ gl'ioſi
corꝑis maieſtas ḋclarat̄. aue
Cū palmis celerit' ī vrbem
quē duxerūt. veſꝑe ſ3 turpiter
vacuū dimiſerūt. aue. In ce-
na q̄ nouiſſima peḋs ſuoꝝ la
uit: eſcaq3 nobiliſſima cū ſan
guie cibauit. aue. In horto
mēte anxia plixe q̄ orauit. et
aquā ꝑ triſticia cū ſanguine
ſudauit. aue. Quē viri ma-
lefici crudel'r vinxerūt. āneq3
pōtifici ligatū adduxerūt. aue
Vultū cui' turpib' ſputis
maculabāt. ꝛ pugꝛ ictib' di-
re v̄berabāt. Aue. Quē pila
ti ſedib' dānādū pūtabāt. at
q3 falſis teſtib' doloſe accuſa-
bāt. aue A iudeis exhibitū
herodes quē inuiſit. ſ3 ꝑ ḋſpe-
ctū habitū vt factū r̄miſit. aue
Quē indutū purpura colū-
ne alligatū corona pungit ſpi-
nea flagell' v̄beratū. Dic Pr̄
nr̄. aue Quē ↄfoſſum vulne
rib' milites ſubſanart. ac cru
cifige vocib' iudei ↄclamart.
Aue. Vt reū quē ſceleris pi
lat' ↄdēnauit. crucis lignum
humeriſ ꝓprijs baiulauit. aue.
Caluarie quē veſtib' loco ex
uerūt. ꝛ man' cū pedib' cruci
affixerūt. Aue Pro ſuis tor
torib' attēte h̄ ꝑcatur. dū cru
cis dolorib' extēſus tenebat̄.
Aue maria. Qui latroni
omnia crimina dimiſit ac pa
radiſi gaudia ilico promiſit.
Aue maria. Qui iohanni
diſcipulo te matrem cōmen-
dauit. quē tibi in patibulo in
filium donauit. Aue maria
Qui ſe relictum omnibus
dum patri querelatur inimi-
coꝝ vocib' turpiter blaſphe-
mat̄. Aue. Qui dū exhau-
ſtis virib' ſitio cantauit. fel et
acetum faucib' miles ꝓpina-
uit. Aue. Qui ꝓpheratum
edita conſūmēs paſſiōe ꝑmi

parẽtis debita ꝑſoluit ratõne
Aue. In man⁹ pr̃is tradi-
dit ſpũm ꝓcioſum alta voce
dũ edidit canticũ dulcoroſuꝫ
Pater nr̃. aue. Crucis mor-
tem ſubijens in pace obdor-
miuit electos eripiẽs infernũ
introiuit. Aue. Satelles la-
tus dñi lancea ꝑforauit hinc
aq̄ iũcto ſanguine abũde ema-
nauit. Aue. Cuius corp⁹
ſanctiſſimũ d̾ cruce receperũt
ꝛ ſepulchrũ mũdiſſimũ eideꝫ
aptauerũt. Aue Qui ꝟtute
ꝓpria a morte reſurrexit teqꝫ a
triſticia diſcipl'oſqꝫ erexit aue
Sup̱ celoꝝ ſidera aſcendit
virtuoſe atqꝫ in pr̃is dextera
reſidet gl'ioſe. aue. Qui pen-
thecoſtes ipm̃ ſpũm emiſit a-
poſtolis ꝓ fenore añ vt ꝓmiſit
aue. Qui te ſup̱ ethe. a potẽ-
ter exaltauit ꝛ i ſua dextera de-
center collocauit. aue. Pro-
pter mũdi ſcelera q̄ iudex eſt
ventur⁹ ſinguloꝝ ope͂a ſtrẽnue
diſcuſſur⁹. Aue. Dira qui
ſupplicia eſt reprobis datur⁹
ſed electis gaudia eterna col-
laturus. aue. Orãtib; roſa-
riũ aureũ tue mr̃is. ieſu chri-
ſte ꝓpitium fac vultũ tui pr̃is
amen. ℣. In omni tribulatio-
ne ꝛ anguſtia noſtra. Collect.

Interueniat ꝓ nobis q̄s
ſumus dñe ieſu xp̄e apd̾
tuã clemẽtiã gl'ioſiſſima tua
dei genitrix virgo ſemꝑ ma-
ria cuius ſacratiſſimã aniam
in hora paſſionis ꝛ mortꝫ tue
doloris gladius ꝑtranſiuit. q̄
viuit. Sequũt̾ orõnes ſeu
ꝯtemplationes multũ deuo-
te cũ gr̃arũ actionib; de omni-
bus beneficijs a d̾o humano
generi ipenſis ꝛ ſpecial'r i ope
nr̃e redẽptionis incarnatiõis
ꝛ paſſionis xp̄i. Et p̄mo po-
nit̾ orõ excitatiua hũane men-
tis ad laudandum deum

Omie de⁹ me⁹ lau-
dare te deſidero. qꝛ
ad laudandum te
creatũ me agnoſco
Aperi os meuꝫ in laude tua
vt cantẽ gl'iam noi tuo. Exci-
ta cor meũ in te. repelle oẽ te-
diũ. infũde gr̃aꝫ accẽde amo-
rem. aufer iniquitatẽ ſerui tui
mũda me ab oi inquinamen-
to carnis ac ſpũs vt dign⁹ effi-
ciar in tui nomis honorẽ la-
bia mea aperire. Sed tuam
abiſſalem maieſtatis dignita-
tem q̄s digne laudare pot'it.
Ecce oms̄ ꝟtutes celoꝝ atqꝫ

vniuerſe ptãtes angelice non
ſufficiũt tue celſitudis magni
tudinẽ ꝯdigne laudare q̃nto
min⁹ hõ fragilis. putredo et
vermis. deficit eni incõdigna
laude tua oĩs creatura. omniſ
orõ. oĩs lingua ⁊ ſmocinatio
Quid igit: Ceſſabo a laude
q꞉ te digne nequeo laudare.
aut ĩdo tacebo. ⁊ omnino mu
tus ero. q꞉ immũduz ⁊ inſuf-
ficiẽtẽ me eſſe cog̊ſco Abſit a
me ingr̃titudo iſta. vt ceſſẽ lau
dar̃ te quẽ laudare d̃beret oĩs
creatura. Maxie autẽ hõ rõ-
nalis cui tanta bona cõtuliſti

Laus ſancte triuitatis p-
pter ſeipſam.

Omie de⁹ omipotẽs
eterne. ineffabilis. ſi-
ne fine. ⁊ abſq; initio quẽ vnũ
in trinitate ⁊ trinũ in vnitate
cõfitemur. te laudo te adoro
te gl̃ifico. o bt̃ã trinitas ꝓpter
hoc ꝙ in teipo es. q꞉ tu es ſũ-
mũ bonũ de q̊ manãt oĩa bo-
na. Tu es fons ⁊ origo oĩum
bonoꝝ. Tu felix et̃nitas. Tu
eterna felicitas. Tu abyſſus
toti⁹ felicitatis. Tu ſol⁹ de⁹
⁊ dñs. ⁊ nõ eſt p̃ter te alius.

De creatione celi ⁊ terre et
omnium que in eis ſunt.

Audo ⁊ gl̃ifico te o bea
ta trinitas ꝙ celuz ⁊ ter-
rã ſolẽ ⁊ lunã ⁊ ſtellas ⁊ oĩa
q̃ in eis ſunt. tã potẽter ex ni-
hilo creaſti. tam ſapienter di-
ſcernẽs ꝓprijs figuris ⁊ natu-
ris. tam benigne diſponens
ad vtilitatem ⁊ conſolationez
hominis anteq̃ꝫ creares eum
gaudia ꝑadiſi ꝑduxiſti. Jdō
rogo te ꝑ illā ineffabilē leticiā
quā acceperūt aīe electoꝝ tuo-
rū vt miſerearꝫ aīabꝫ patꝝ no
ſtrū fratꝝ ſoroꝝ: oimqꝫ ꝑentū
nr̄oꝝ ⁊ oim fideliū defunctoꝝ
q̇ de hac vita trāſierūt. ⁊ q̇ no
bis in orōnē cōmēdati ſunt: ⁊
q̄ꝝ vtimur. vl' vſi ſumꝰ elemo
ſynis: donis aut bn̄ficijs. et q̇
ſingularē interceſſorē apud te
nō hn̄t. et ꝑ q̇bꝫ tuā clementiā
depcare ꝯſideramꝰ. ⁊ oim xp̄i
fideliū vbicūqꝫ req̄eſcentiū.
Amen. De gl'oſa reſurrecti
one dn̄i ieſu: ⁊ eiꝰ multiformi
apparitiōe et familiari ꝯuictu
et loquela cū diſcipulis.

Ratias tibi ago dn̄e
ieſu xp̄e q' tertia die re
ſurrexiſti a mortuis ⁊
reſurrectiōe tua gl'ificaſti cor-
pus hūilitatꝫ nr̄e. Et ipſo die
appꝛuiſti marie magdalene. et
a mulieribꝫ a monumento re-
uertētibꝫ occurriſti dicēs. aue-
te. Et ille acceſſerūt ⁊ tenuert
pedes tuos Et duobꝫ diſcipu
lis etiā euntibꝫ in emaus ipſo
die appꝛuiſti ⁊ cognitus es eis
in fractiōe panis. Et iterū ia-
nuis clauſis introiſti ad diſci
pulos: ⁊ dixiſti. Pax vob. E-
go ſum nolite timere Et corā
illis māducaſti panē piſcꝫ aſſi
⁊ fauum mellis. Et ad mare

ryberiadis maiſeſtabas te diſcipulis tuis. Et accepto pane dediſti eis ⁊ piſcē ſilr. Et valde amicabilr locut⁹ es cū illis maxie cū petro q̄ te negauerat Et p⁹ dies octo iterū diſcipulis tuis appuiſti. ⁊ pacē tuā illis tribuiſti. Et thomā incredulū oſtēſiōe vulnerū ɔfortaſti Per hāc gloſaꝫ reſurrectiōeꝫ ⁊ p illud gaudiū oim tecū reſurgētium fac me ⁊ oēs amicos meos reſurgere cū magna glia et honore. amē. De admirabili aſcēſione dn̄i Jeſu.

Laudo ⁊ glifico te dn̄e deus meus ꝓpter h̄ tps qd a die gloſe reſurrectiōis tue vſq̄ in diē admirabilis aſcēſiōis pegiſti. Quia in h̄ tpe ſepe appuiſti diſcipulis ⁊ aliis fidelib⁹ amicis tuis ɔſolās amicabilr eorū triſtia corda. ⁊ ɔfirmās eos in fide ſpe ⁊ caritate tua. Et poſtremo aſcēdiſti in mōtē: ⁊ eleuatꝭ manib⁹ dediſti eis tuā diuinā bn̄dictōem Et i ɔſpectu oim aſſiſtētiū eleuat⁹ es i celū repn̄tās victricꝭ carnis gliam vultui pr̄is. ⁊ ſedes ad dexterā ei⁹ cooipotēs ⁊ coetern⁹. diuino accinct⁹ lu͠ie. et coronat⁹ glia ⁊ honore. bn̄ſq̄ nos ſcriptos i maib⁹ tuis. nūq̄ obliuiſcaris nr̄i i ppetuū amē. De miſſiōe ſcti ſpūs in die ſcō penthecoſt.

Grās tibi ago dn̄e ieſu xp̄e q̄ p⁹ dies decē miſiſti credētib⁹ ſpm̄ ſctm̄ pmiſſum. vt illūiaret ⁊ ɔfortaret corda nr̄a ⁊ incitaret ad caritatē tuā. ⁊ pmiſiſti nobis dicēs. Ego vobiſcū ſuꝫ vſq̄ ad ɔſūmatōeꝫ ſecli ⁊ dediſti nob̄ corp⁹ ⁊ ſanguinē tuū in pign⁹ ſalutꝭ eterne. Jō rogo te vt vbicūq̄ h̄ myſteriū celebrat i vniuerſa terra pticipē me facias ⁊ oēs amicos ɔfeſſores ⁊ bn̄factores meos viuos ⁊ defūctos De ſcdo aduētu dn̄i ieſu ad iudiciū. ⁊ de ɔdigna remūeratione ⁊ glificatōe iuſtoꝝ. ⁊ de punitiōe imploꝝ.

Laudo ⁊ glifico te domine de⁹ me⁹ ꝓpter nimiā caritatē q̄ te de celo traxit. oia pmiſſa facturū ⁊ paſſurū. ⁊ ab hoib⁹ iudicatuꝝ Et q: i magna humilitate iudicat⁹ es. Jō cum magna ptāte iudicatur⁹ venies iclm̄ p ignē. Tūc nō pmitte nos cū malectꝭ ɔdēnari. ſed cū bn̄dictꝭ (q̄ tūc fulgebūt ſic ſol in regno pr̄is tui) poſſidere gaudia et̄ne btitudis. amen. Laudo ⁊ glifico te dn̄e deus me⁹ p oi glā ⁊ honore. p gaum

dio. ⁊ iocūditate quā habes i teipo: ⁊ quaz tua pura hūanitas ⁊ ſcā diuinitas inuicē accipiunt. Et quaz btā ꝟgo maria glo͛ſa regina celoꝝ ⁊ nobilꝫ maris ſtella hodie hꝫ añ cōſpectū tuū: ⁊ cū ipa oīs celeſtꝫ exercitus in ꝑpetuū debēt hr̄e. Laudo ⁊ glifico te ꝑ oībꝫ delicijs q̄bus ſatias ⁊ inebrias oēs te intuētes q̄s de miſeria hꝰ vite ad eternā requiē tranſferre dignatꝰ es. Laudo ⁊ glifico te ꝑ pter mlti tudinē dulcedis quā mirabiliꝫ inſpiras cordibꝰ amatoꝝ tuoꝝ: ⁊ ꝑ ꝯuerſiōe omnīū q̄s ſiue pctō de h̄ mōo exire feciſti. Laudo ⁊ glifico te ꝑ oī miſcōia quā pctōribꝫ vnq̄ꝫ exhibuiſti. patienꝫ eos expectando. miſicordiꝫ reuocādo. benigne ſuſcipiēdo. habūdanter grām dādo ⁊ ad tantaz familiaritatē q̄ſi nō peccauerint admittēdo. Et ꝑ his q̄ ſunt i purgatorio. ꝙ ꝑmittis eos ibi pati. qȯ hic ꝑſoluere non valebāt. Sicq̄ꝫ ꝑpari ad requiez de q̄ eos ſecuros feciſti. Et ꝑ oībꝫ creaturꝫ q̄s ꝓpter nos creaſti: ⁊ vniuerſꝫ vtilitatibꝫ q̄s de terra ſumimus. vt eis debito vtētes ad remedia infirmitatū nr̄aꝝ ad laudādū te etnali ter ꝯuenire valeamꝰ. Qui viuis ⁊ regnas deꝰ ꝑ oīa ſecl͛a ſeculoꝝ. Amē. Grāꝝ actiōes de ſingulꝫ bn̄ficijs ꝑticularibꝰ alicui homī ſinglꝫari a deo imꝑ

Laudo ⁊ glifi (pēſis co te dn̄e deꝰ meus. ꝙ ab eterno me in corde tue trinitatꝫ ꝑdeſtinaſti. ⁊ rationabilē hoīem me creaſti. ⁊ de xp̄ianis ꝑentibꝫ me naſci voluiſti. ⁊ largitꝰ es mihi q̄nq̄ꝫ ſenſus meos. ⁊ oīa neceſſaria mēbra corpis mei. ⁊ ad baptiſmi grām me ꝑduxiſti. ⁊ ab infantia mea ſubtraxiſti me de ſeculo in ſpiritalē vitā. ⁊ i ipa vita defendiſti me a mltis periculꝫ anie ⁊ corpis. Et clemēter ſuſtinuiſti ⁊ ſuſtētaſti me in prauitate ⁊ tepiditate vite mee Et largitꝰ es mihi valde gratā ter victū ⁊ veſtitū. ⁊ oīa neceſſaria mea oībꝰ diebꝫ vite mee. Laudo ⁊ glifico te ꝙ angelū quē in cuſtodiā meaz deputaſti tam amabilem ⁊ glo͛ſum feciſti vt vultū tue clare maieſtatꝫ iugiter intueaꝫ. cuz tn̄ die ac nocte ſup aiam meā ⁊ corpꝰ meum ſollicitare nō ceſſet. Laudo ⁊ glorifico te ꝑ oībus viſitationibus et monitis q̄s cordi meo qualicūq̄ꝫ modo vnq̄ꝫ exhibu

ſti. Et p omi grã tua. Et pro omnib[us] bñficijs tuis que mihi ⁊ oibus amicis meis ⁊ vllo homini vnq̃ feciſti in corpore ⁊ anima. Per hec omnia rogo te vt accendas cor ⁊ aniaꝫ meam ardore tue caritatis. vt tu ſolus in me viuas. meq̃ tibi ſoli viuere facias. Qui viuis ⁊ regnas de[us]: p omia ſecula ſeculoꝝ. Amen. Hoc finito dicatur. Te deũ laudam[us]. te dominũ ↄfi. totũ. poſtea collecta.

Deus qui ↄtritoꝝ nõ deſpicis gemitũ. ⁊ merentium nõ aſpernis affectũ. Intercedentib[us] oibus ſanctis operibus tuis adeſto p̃cib[us] nr̃is q̃s tibi p tribulatiõe noſtra effundim[us]. eaſq̃ clemẽter ſuſcipiẽs tribuas vt quicq̃d contra nos diabolice vel humane moliuntur aduerſitates ad nihiluꝫ redigant. ⁊ conſilio tue pietatis allidant. ⁊ nullis aduerſitatibus leſi. ſed de omi tribulatione ⁊ anguſtia erepti. leti i eccleſia tua ſancta tibi grãs referamus. Per dñm noſtrũ ieſum xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ viuit

Explicit tot[us] proceſſus de vita: paſſione: reſurrectione ⁊ aſcenſcenſione dñi nr̃i ieſu xp̃i. necnon ſpiritusſancti miſſiõe. omibuſq̃ alijs beneficijs homini a deo collatis. Recõmẽdatio iam dicti proceſſus in q̃ ponunt vtilitates quas quilibet cõſequitur ex deuota meditatione vite ⁊ paſſionis domini noſtri ieſu chriſti.

Si deſideras perfecte mũdari a vicijs. ſi nobiliter ditari in ṽtutibus Si altiſſime illuſtrari in ſcripturis. Si glioſe triũphari de inimicis. Si copioſe ↄſolari in aduerſ. Si deuote cõuerſari in terris. Si frequẽter cõpungi in cubilib[us]. Si dulciter flere in orõnib[us]. Si feruenter accẽdi i meditatõib[us]. Si pſeuerare in bonis actib[us] Si repleri ſpiritalib[us] gaudijs. Si rapi in exceſſu mẽtis. Si diuinis frui ſecretis. Si felicit mori in extremis. Si phẽniter regnare in celis. Exerce te in vita et paſſione domini ieſu chriſti filii dei. quem pater miſit in mundum vt omnib[us] p̃beret pfectionis exemplũ. ⁊ ſequaces ſuos ad eternum pduceret regnũ. Ama igit chriſtũ. ſequere Jeſum. Amplectere crucifixum. Memor ſis q̃diu fueris. laborũ ⁊ dolorũ. quos ptulit in p̃dicãdo. fatigationum

in diſcurrẽdo. tẽptationũ in ie
iunãdo vigiliaꝝ in orãdo la/
crimaꝝ in cõpatiendo. Recor
dare etiam dolorum eius ꝯui
tioꝝ. ſputoꝝ. colaphoꝝ. ſubſã
nationũ exprobrationũ clauo
rũ. horꝫ ſiliũ. Hec meditari
dic ſapiam. In his iuſticie ti/
bi ꝑfectionẽ ꝯſtitue. plenitudi
nẽ ſcie. diuitias ſalutꝭ. copias
meritoꝝ. hec te erigũt i aduerſ
in ꝓſperis repmũt. ⁊ inter leta
triſtiaqꝫ vite pñtis via regia
ſcedẽti tutũ ꝓbẽt vtrobiqꝫ du
catũ hincinde mala iminẽtia
ꝓpulſando ꝓpterea hec tibi in
ore freq̃nter i corde ſp hec tua
ſublimior philoſophia. Sci/
re ieſum ⁊ hunc crucifixum.

Incipiũt grãꝝ actiões dño
deo oipotẽti ſup ope creatiõis
mundi. ꝑ ſinglos dies hebdo
made dicẽde: correſpõdentes
reꝝ creatiõibꝫ in eiſdẽ dieb⁹ a
dño deo pactis. ⁊ pmo dic dñi

Ras tibi agim⁹ (ca die
ops de⁹ q̃ hodie feciſti ce
li pulcritudinẽ: ⁊ terre latitu/
dinẽ ⁊ tenebraꝝ dẽſitatẽ. No/
bileq̃ʒ illã creaturã ſpũum an
geloꝝ. O miſicors de⁹ da no
bis i hac die celica ꝯtẽplari. et
nõ d terrenis meditari. da no
bis lucis tue claritatẽ: ⁊ exclu/
ſis tenebris. angeloꝝ puritatẽ

rãs tibi agi/ Feria ſcda
m⁹ ops de⁹ q̃ hodie feciſti pul
crã ſperã firmamẽti: qđ celuꝫ
vocari voluiſti. O clemẽtiſſi⁹
me de⁹. da nob toto corde ele/
uari in celũ. ⁊ te dulcẽ dñm cõ
tẽplari. q̃ cibꝫ es angloꝝ atqꝫ
oim ſctõꝝ ipos paſcẽs noticia
tue deitatis ⁊ glã. Feria. III

rãs agim⁹ tibi ops de⁹ qui
hodie feciſti maria ⁊ gramia:
⁊ herbas q̃ſcũqꝫ virẽtes: et in
ſua ſpẽ florẽtes ac germinãteſ
O mitiſſime de⁹ da nob aq̃s
ſpũs tue grẽ. ⁊ cõpũctõis lacri
mas: aquaſqꝫ pnie ſalutaris.
da ꝟtutũ virorẽ. tuũqꝫ dulceꝫ
amorẽ. vt tibi ſp placeamus:
⁊ a te nunq̃ʒ deſcendamus.

rãs tibi agi/ Feria q̃rta.
mus ops de⁹: q̃ hodie ſoleꝫ lu
nã ⁊ ſtellas feciſti. ⁊ eis mũdũ
illũtaſti. O piiſſime de⁹ da cor
da nr̃a int⁹ irradiari celeſtiuꝫ
mẽoria. ne ab eterno bono de/
uiem⁹. ſꝫ te ſeq̃ndo lucẽ ꝑpetu
am inueniam⁹. Feria q̃nta

rãs tibi agim⁹ ops de⁹. qꝫ
hodie in aq̃s piſces: ⁊ i aere vo
latilia creaſti. O bone de⁹ da
nob in hac mortali vita ſic na
tare in aq̃s mũdi vt a pctis ſi
m⁹ liberi. ⁊ ꝑ volatũ ꝟtutũ ha

beatᵉ iter tutũ trãſeundo ad gaudia paradiſi. Feria ſexta.

Gras tibi agimᵘ oĩps deᵘ qui hodie feciſti iumẽta ꝛ reptilia ꝛ beſtias terre. ac hoiem rectũ ad tuã ſilitudinẽ. dans ei libe rũ arbitriũ: ꝛ vniuerſe creatu re dominiũ. O cariſſime deᵘ. cũ apud te tantũ floreãt hoies ꝛ rõne vigeãt. Da vt oẽm be ſtialitatẽ ꝛ malũ reſpuamᵘ: et te ſummũ bonũ eligamus.

Gras tibi agi Sabbato. mus oĩps deᵘ vt ꝗ die ſeptimo ab oi ope qḋ patraras ꝗeuiſti ꝛ ob h ipm ſanctificãs eidem bñdixiſti. O dulciſſime deus da noƀ in te ſũmo bono dulci ter ꝗeſcere ſemꝑq; tibi laudes reddere. opaq; tua oĩa. celeſtia terreſtria: ꝛ te creatorẽ oim col laudare. ꝛ dignis laudibꝫ ſem per extollere ꝗ nos benigne et ad ſalutẽ nr̃am feciſti oĩa A.

Sequunꝉ deuotiſſime orationes añ miſſam a ſacerdote dicẽde. pmo Oĩo ſcti Martini pape añ miſſaꝫ multũ vti

Dñe ieſu xp̃e fili di (lis viui miſerere mihi miſe ro pctõri ꝛ oibꝫ fidelibus tuis ꝗ ti bi hodie ſacratiſſimũ ac p̃cioſiſſimũ ſaluꝫ nr̃e p̃ciũ precioſi videlicꝫ corꝑis et ſanguis tui offerũt ſacfm. Et da noƀ grã tiã ꝟtutẽ ꝛ fortitudinẽ imolã di offerẽdi ac ſumẽdi h ſacro ſctm̃ corpᵘ ꝛ ſanguinẽ tuũ in fide recta: ſpe firma ꝛ caritate pfecta. cũ augmẽto hũilitatis patiẽtie obediẽtie caſtitatis ac totiᵘ ſctitatis In honorẽ ꝛ lau dẽ ſctẽ ꝛ indiuidue trinitatis btiſſimeq; ꝟginis marie. In gaudiũ ſctõꝝ archangeloꝝ et angeloꝝ p̃riarchaꝝ ꝓphetarum aplõꝝ martyꝝ ꝯfeſſoꝝ atq; ꝟ ginũ ꝛ oim ſctõꝝ atq; electoꝝ tuoꝝ iã in et̃na patria letãtiũ Et p̃ſta vt ſicut illos iã pleno ac ſereno ſplẽdore vultᵘ tui ſi ne defectu ſatias Sic nos de gentes i hac miſeria tua grã re ficias: ꝛ eos ꝗ i penis ſunt pur gatoriĩ ac ibi eſtuãt tua miſeri cordia eripias. ꝛ ſic es illis in gaudiũ. ſic noƀ hᵘ vitalis ſa cramẽti ꝑceptio ſit i ſubſidiũ ꝛ his ꝗ in penis ſunt i refrige riũ. Miſerere igiꝉ clementiſſi me dñe ieſu xp̃e p huiᵘ viuifi ci ſacri ꝟtutẽ ſctẽ ꝛ vniuerſali eccie. ꝛ oĩa mala ſcꝫ hereſes diſ cordias ꝛ diſſenſiões ab ea e uelle. errãteſq; in ea corrige. in credulos ad fidẽ ꝯuerte. Sciſ maticos ad vnitatẽ ſctẽ eccłie fac redire: ꝛ ipis lumẽ tue ve

ritatis oſtende. Pctōꝛib⁹ verā
pniam largire. Juſtos i bono
ꝓpoſito fac pſeuerare. Popu-
lo xpiano miſerere. Clerū de-
fende. Religioſos i ſuicio tuo
ſctō ↄſuare dignare. Omēſqꝫ
laborātes ↄforta. triſtes cōſo-
lare. Infirmis ſanitatē coꝛpo-
ris ⁊ aie reſtitue. Paupib⁹ ac
egentib⁹ oia coꝛpis et aie neceſ
ſaria tribue. Peregrinis ⁊ exu
lantib⁹ cuꝫ ſalute ad ꝓpꝛia fac
remeare. In picul' aquaꝝ po-
ſitis ad poꝛtū ſue volūtatꝭ fac
ptingere. Pꝛegnātib⁹ partum
gaudiū miſericoꝛditer largire.
In vinculis ⁊ carcerib⁹ deten
tos abſolue. Omib⁹ cū quib⁹
peccauim⁹; vel q̊s ad peccan-
dū induxim⁹. ⁊ nobis miſeri-
coꝛs pr̄ indulge. Omnib⁹ q̊s
cōturbauim⁹: leſim⁹ ſcandali
ꝫauim⁹ vel defraudauim⁹ tu
gratioſe creatoꝛ pſolue. Omi-
bus parentib⁹ amicis ⁊ inimi
cis cōfratrib⁹ ⁊ cōſanguineis
familiarib⁹ et benefactoꝛibus
⁊ quoꝝ vtimur. vl' vſi ſumus
elemoſynis: omībuſqꝫ ꝑ nob
deū exoꝛantib⁹ vel oꝛationib⁹
noſtris ſe cōmendātib⁹ omia
bona tribue. ⁊ eos ab oī malo
defende. In tuoqꝫ ſuitio
fac pſeuerare vſqꝫ in finē. Et
poſt huius curſum miſerie ad
te qui es vera patria merces p̄
mium eternū ⁊ gloꝛia da pue
nire. In tribulationib⁹. pſecu
tionibus et temptationib⁹ ad
te clamantes auxiliare. In a-
gone poſitis de hoc quoqꝫ ſecu
lo exituris ſuccurre. ⁊ animas
eoꝝū a faucibus rugientis ini-
mici eripe. Inimicis noſtris ⁊
nobis veram charitatē largi-
re: omnibuſqꝫ tuis fidelib⁹ ꝑ
huius ſacramenti virtutē pꝛe
ſta ſubſidium. auxilium et cō
ſolamen. Adhuc in carne pꝛe
ſentib⁹ tuam gratiaꝫ largien-
do futuros tua miſericoꝛdia
pꝛeueniēdo. Pꝛeteritis vero oī
bus eternam requiē tribuēdo.
Deus qui es trinus et vnus
per cuncta ſeculoꝛum ſecl'a be
nedictus. Amen.

Imploꝛatio patronoꝝū.

T vt efficax hec mea
depcatio ſit beate ma
rie ſemꝑ ꝟginis ſuffra
gium peto: quā tanti meriti eſ
ſe feciſti. vt pꝛima inter mulie
res omēs hoc nouū mun⁹ fir-
mitatis offerret. vt deum ꝟgo
pareret. ⁊ poſt partū virgo ꝑ-
maneret. Aſſit mihi queſo ip
⁊ vbiqꝫ beatoꝝū angeloꝛuꝫ cu
ſtodia et pꝛeſta vt apud te pꝛo

me miſero peccatore ſanctorũ
angelorũ agmina intercedant
Interceſſiones aplorũ implo
ro qui beatiſſima chriſti paſſi-
onis veſtigia ſunt ſecuti et ad
tantã celſitudinẽ ꝑuenerũt. vt
quecunqꝫ ligarent ſup terram
eſſent ligata ⁊ in celo. ⁊ ſederẽt
ſuper thronos duodecim iudi
cantes duodecim tribus iſra-
el. Martyrũ preces expoſco q
pro tuo nomine ſanguinẽ ſu-
um non dubitauerũt fundere
et duxerunt aiãs ſuas vſqꝫ ad
mortem: vt mortis auctorẽ ſu
perarent. Confeſſorũ oratiões
expoſtulo qui bella temptatio
num pie dũ viuerent in catho
lica fide ⁊ in hereticorum con
flictione diutiſſima certamia
ꝑtulerũt: longiores occultiqꝫ
martyrij palmas acceperunt.
Subueniat mihi apud miſe-
ricordiam tuã chorus ſancta
rũ virginũ tuaꝝ. queꝝ princi
patum tenet beata virgo ma-
ria: vbi ipa cuꝫ oibus ſanctis
intercedat vt ad vitã ꝑueniaꝫ
ſempiternã: te miſerante ⁊ do-
nante. Qui cũ patre ⁊ ſpiritu
ſancto viuis ⁊ regnas deꝰ in ſe
cula ſeculorũ. Amen.

Itẽ oratio beati Ambro
ſij ante miſſam.

Umme ſacerdos ⁊ ve
re pontifex q te obtuli
ſti deo patri hoſtiã pu
ram ſctãm ⁊ imaculatã in ara
crucis ꝑ nobis miſeris pctõri
bus. quiqꝫ dediſti nob carneꝫ
tuã ad manducanduꝫ. et ſan-
guinem tuũ ad bibendũ: ⁊ po
ſuiſti illud myſteriũ in virtu-
te ſpũſſancti dicens. Hec qti-
enſcunqꝫ feceritis in mei me-
moriã facietis. Rogo per ſan-
guinem tuũ pcioſum magnũ
ſalutis noſtre preciũ. Rogo ꝑ
hanc miram ⁊ inenarrabilem
caritatẽ. qua nos miſeros ⁊ in
dignos ſic amare dignatꝰ es.
vt lauares nos a peccatis no-
ſtris in ſanguine tuo. Do-
ce me indignum ſeruuꝫ tuum
quem etiam inter cetera dona
tua ad officiuꝫ ſacerdotale vo
care dignatus es nullis meis
meritis. ſed ſola dignatiõe mi
ſericordie tue. Doce me queſo
ꝑ ſpũm ſanctũ tuũ tm̃ tracta-
re myſterium ea reuerentia et
honore. ea deuotione ⁊ timore
quibꝰ oportet ⁊ decet. Fac me
per gratiam tuã ſemper illud
de tanto myſterio credere ⁊ in
telligere: ſentire et firmiter tene
re: dicere ⁊ cogitare quod tibi
placet. ⁊ qd expedit ſaluti anie

mee. Intret ſpūs tu⁹ bon⁹ in
cor meū q̄ ſonet ibi ſine ſono ⁊
ſine ſtrepitu verboꝝ. loquatur
oēm veritatē tantoꝝ myſterio
rū pfunda q̄ppe ſunt nimis ⁊
ſacro tecta velamie ꝑpter ma
gnā clemētiā tuā ꝯcede mihi
miſſaꝝ ſolennia puro corde ⁊
mūda mente celebrare. Libe
ra cor meū ab immūdis ●ne
phandis. a vanis ⁊ noxijs co
gitatiōib⁹. Muni me bonoꝝ
angelorū pia ⁊ fida cuſtodia:
atq; fortiſſima tutela. vt ho
ſtes omniū bonoꝝ ꝯfuſi diſce
dant p virtutē tanti myſterij.
Et p manū ſcti angeli tui re
pelle a me ⁊ a cūctis ſuis tuis
dirtiſſimū ſpūm ſupbie ⁊ zeno
doxie. inuidie et blaſphemie:
fornicationis ⁊ immundicie.
dubietatis ⁊ diffidētie. Con
fundant q̄ nos pſequunt pe
reāt illi q̄ pdere cūcta feſtināt.
Rex ꝟtutū: amator caſtitatis
⁊ integritatꝭ de⁹. celeſti rore be
nedictiōis tue extingue i corde
meo totū fomitē ardentis libi
dinis vt maneat i me tenor to
ti⁹ caſtitatꝭ aie ⁊ corpis. Mor
tifica i mēbris meis carnis ſti
mulos. om̄ſq; libidinoſas cō
motiōes. ⁊ da mihi verā ⁊ per
petuā caſtitatē cū ceterꝭ donis
tuis q̄ tibi placent in veritate.
vt ſacrificiū laudis caſto cor
pore ⁊ mūdo corde valeā tibi
offerre. Quāta eni ꝯtritōe cor
dis ⁊ lacrimaꝝ fonte q̄nta re
uerentia ⁊ tremore. q̄nta cor
poris caſtitate ⁊ animi purita
te. iſtud diuinū ⁊ celeſte ſacrifici
um eſt celebrādū dn̄e. vbi ca
ro tua i veritate ſumitur. ⁊ ſan
guis tu⁹ in veritate bibit vbi
ima ſūmis ꝯiungunt. vbi ad
eſt ſcōꝝ angeloꝝ pn̄tia. vbi tu
es ſacrificiū ⁊ ſacerdos mira
biliter ⁊ ineffabilit. Quis di
gne h̄ pōt celebrare niſi tu de⁹
oīpotēs offerentē feceris di
gnū. Scio dn̄e ⁊ vere ſcio. ⁊ id
ipm bonitati tue ꝯfiteor. q̄ nō
ſum dign⁹ accedere ad tantū
myſteriū ꝑpter nimia peccata
mea ⁊ infinitas negligentias
meas. Sȝ ſcio ⁊ veracit ex to
to corde meo credo ⁊ ore ꝯfite
or. quia tu potes me facere di
gnū q̄ ſolus potes facere mun
dū de immūdo ꝯceptū ſemine
ſolus de indignis dignos. de
immūdis mūdos. de peccato
ribus iuſtos ⁊ ſctōs facis. per
hanc oīpotentiā tuā te rogo
concede mihi peccōri hoc cele
ſte ſacrificiū celebrare cum ti
more ⁊ tremore. cū cordis pu

ritate ⁊ lachꝛymarū fonte. cuꝫ
leticia ſpirituali ⁊ celeſti gau-
dio. Sentiat mens mea dul-
cedinē beatiſſime p̄ſentie tue:
⁊ excubias ſctōꝝ angeloꝝ tuo
rū in circūitu meo Ego enī
memoꝛ venerāde paſſiōis tue
accedo ad altare tuū: licet pec-
catoꝛ. vt offerā tibi ſacrificiuꝫ
qḋ tu inſtituiſti ⁊ offerri pꝛece
piſti in cōmoꝛationē tui ꝓ ſalu
te noſtra. Suſcipe ergo illud
queſo ſanctiſſime deꝰ ꝓ eccl'ia
tua ſancta ⁊ pplo tuo quē rede
miſti ſanguine tuo. Et quoni
am me pctōꝛem mediuꝫ inter
te ⁊ eundē ppl'm tuū voluiſti
licet in me boni opis teſtimo-
niū nō agnoſcas officiū ſaltē
diſpenſatiōis credite non recu
ſes. nec ꝑ me indignū coꝝ ſa-
lutis pereat p̄ciū: ꝓ quibus vi
ctima factꝰ ſalutaris dignatꝰ
es eſſe redemptio. Pꝛofero
ergo dn̄e ſi digneris ꝓpiciꝰ in-
tueri tribulatiōes plebiū: peri
cula ppl'oꝝ. captiuoꝝ gemitꝰ.
miſerias oꝛphanoꝝ. neceſſita-
tes ꝑegrinoꝝ. inopiā debiliuꝫ
deſperatiōes langentiū. defe-
ctus ſenū. ſuſpiria iuuenū. vo
ta ꝟginum. lamenta viduarū.
Tu enī miſereris omniū dn̄e
⁊ nihil odiſti eoꝛuꝫ que feciſti.

Memoꝛare q̄ ſit nr̄a ſubſtan
tia. q̄ꝫ debilis. q̄ꝫ fragil'. q̄ꝫ mu
tabilis. q̄ꝫ deceptibilis ⁊ infir
ma. qꝛ tu pater nr̄ es. tu deus
noſter es. ne iraſcaris ſatis ne
q̄ꝫ multitudinē viſcerū tuoꝝ
ſuꝑ nos ꝯtineas. Nō eni in iu
ſtificationibꝫ noſtris ꝓſterni-
mus p̄ces ante faciē tuā. ſꝫ in
miſerationibꝫ tuis multis. Au
fer a nobis dn̄e cunctas iniq-
tates nr̄as. ⁊ igneꝫ ſctiſpūs in
nobis clemēter accende. Au-
fer coꝛ lapideū de carne noſtra
⁊ da nobis coꝛ carneuꝫ. qḋ te
timeat. te amet. te diligat. te de
lectetur. te ſequat'. te ꝑfruatur
eternaliter. Oꝛamus dn̄e cle-
mentiā tuā vt ſereno familiaꝫ
tuā tui ſacri nois officia p̄ſto-
lantē aſpicere digneris vultu.
Et vt nullius ſit irritū votuꝫ.
nullius vacua ſupplicatio. tu
nobis p̄ces ſuggere quas ipe
audire ꝓpicius ⁊ exaudire di-
gneris. Rogamꝰ etiā te pater
ſctē ⁊ pro aīabꝫ omniū fideli
um defunctoꝝ. vt ſit illis ſalꝰ:
ſanitas: gaudiū ⁊ refrigeriū h̄
magnū pietatis ſacramentuꝫ
Deus meꝰ ſit illis hodie ma-
gnū ⁊ plenū cōuiuiū de te pa-
ne viuo. q̄ de celo deſcendiſti:
⁊ das vitā mundo. de tua car

ne ſancta ⁊ benedicta agni vi‐
delicet immaculati q̇ tollit pec
cata mūdi. que de ſctō ⁊ glori
oſo vtero beate ꝟginis marie
eſt aſſumpta. ⁊ de ſpūſctō con
cepta. De illo inquā fonte pie‐
tatis qui ꝑ lanceam militis ex
tuo ſanctiſſimo latere feliciter
emanauit vt exinde ſanati. re‐
frigerati. refecti. conſolati exul
tent in laude ⁊ gloria tua. Pe
to clementiā tuaꝫ deus vt de‐
ſcendat ſuper illud plenitudo
tue benedictionis ⁊ ſanctifica
tio tue diuinitatis. Deſcēdat
etiā dn̄e illa ſancti ſpiritꝰ tui in
comprehenſibilis inuiſibiliſqꝫ
maieſtas ſicut quondā in pa‐
trum hoſtias deſcēdebat. Et
oblationes nr̄as corpus ⁊ ſan
guinem tuū efficiat. ⁊ me indi
gnum ſacerdotē tuum doceat
tm̄ tractare myſteriū cum cor
dis puritate ⁊ lachrymaꝝ de‐
uotione. cū reuerentia ⁊ tremo
re. ita vt placide ⁊ benigne ſu‐
ſcipias ſacrificiū laudis d̄ ma
nibus meis ad ſalutē omniū:
tam viuorū q̄ꝫ mortuorū. Ro
go te domine ꝑ ſacroſanctum
myſterium corporis ⁊ ſangui
nis tui quo quotidie in eccle‐
ſia tua paſcimur abluimur et
ſanctificamur et potamur. atqꝫ vnius ſummeqꝫ diuinitatꝭ
participes efficimur: da mihi
virtutes tuas ſanctas quibuſ
repletus bona conſcientia ad
altare tuū accedam. ita vt hec
celeſtia ſacramēta efficiantur
mihi ſalus ⁊ vita. Tu enim
dixiſti ore tuo ſancto ⁊ bene di
cto. panis quem ego dabo ca‐
ro mea eſt pro mūdi vita. Si
quis manducauerit ex hoc pa
ne viuet in eternuꝫ. panis dul
ciſſime ſana palatum cordis
mei. vt ſentiam ſuauitatem a‐
moris tui. Sana illud ab om
ni languore vt nullum p̄ter te
querat amorem. nullam p̄ter
te amet pulcritudineꝫ. Panis
candidiſſime habens om̄e de‐
lectamentū ⁊ omnis ſuauita‐
tis odorem: qui nos de te ſem
per reficis: ⁊ in te nun q̄ꝫ defi‐
cis. comedat te cor meū: ⁊ dul
cedine ſaporis tui repleatur vi
ſcera anie mee. Manducat te
angelus pleno ore i patria. mā
ducet te peregrinuſ homo pro
modulo ſuo ne deficere poſſit
in via tali recreans viatico.
Panis ſancte. panis viue. pa‐
nis pulcer. panis munde qui
deſcendiſti de celo: ⁊ das vitā

mudo. Ueni in cor meum et munda me ab omni inquinamento carnis ⁊ ſpiritus. intra in animã meam. ſana ⁊ ſanctifica me interi⁹ ⁊ exteri⁹. Eſto tutamen et continua ſalus corporis et anie mee: repelle a me inſidiantes mihi hoſtes. recedant procul a potentia maieſtatis tue. vt foris ⁊ intus munitus per te recto tramite ad regnum tuum perueniam. vbi non in myſterijs ſicut in hoc tempore agitur. Sed facie ad faciem te videbimus cum tradideris regnuꝫ deo patri. ⁊ deus eris omnia in omib⁹. Tũc enim me de te ſatiabis ſatietate mirifica. ita vt neqꝫ eſuriaꝫ neqꝫ ſitiam in eternũ. Amen.

Alia oratio ante miſſam.

Maieſtatem tuam totꝫ viribus deus pijſſime humili prece depoſco et exoro vt remittas crimina q̃ caro fragilis a temptatiõe iniquorum ſpirituũ nequiter admiſit et iam reuerti ad ea non ſinas vltra. ſed cõfirma me iuſtificationib⁹ tuis. ⁊ pſeuerantiam mihi tribue in illis. ⁊ fac me dignũ ante conſpectũ maieſtatis tue aſtare: et ſacrificiũ tibi domine caſto corpore et mundo corde digne offerre

Item alia oratio.

Ignoſce mihi domine quẽ maculate vite cõſcientia trepidũ et criminum meorum confuſio fecit eſſe captiuum. En qui pro me veniam obtinere nõ valeo pro alijs rogaturus aſſiſto. pfero ſi digneris domine captiuorum gemitus. tribulatiões plebium. pericula populoruꝫ. neceſſitates peregrinorum. inopiam debilium. deſperatões languentium. deſpectus ſenũ ſuſpiria iuuenum. lamẽta monachorum vel viduarum. deſolationes eccleſiarum. Sed quoniam me eadem que populum peccati cathena ↄſtringit. ideo commũes lugeo paſſiones. Non obſit domie populo tuo oratio ſubiugata peccatis. per me offertur votuꝫ. p te domine meum compleatur officium.

Item alia oro añ miſſam.

Ante conſpectũ diuine maieſtatꝫ tue re⁹ aſſiſto q̃ inuocare nomen ſctm̃ tuum pſumo. Miſerere mihi dñe homi pctõri. ignoſce

indigno ſacerdoti p cuius ma
nus hec oblatio videt offerri
Parce pctoꝝ labe p̄ ceteris ca
pitaliū polluto. ⁊ nō intres in
iudiciū cū ſeruo tuo. qꝛ nō iu-
ſtificabit in ↄſpectu tuo omis
viuens. Scilicet vitijs ac vo-
luptatibꝫ carnis aggrauatus
ſum. recordare dn̄e ꝙ caro ſū.
In tuo ↄſpectu etiā celi nō ſunt
mundi. q̄ntomagꝭ nos hoies
terreni immūdi. ſicut pannus
mēſtruate. Indignꝰ ſum dn̄e
ieſu xp̄e vt ſim viuēs. ſed tu q
nō vis mortē pctōꝛis. da mihi
veniā in carne ↄſtituto vt per
penitētie fructū vita eterna p-
frui merear in celis.

Item alia de eodem.

Onſcientia quidē trepi
dus omp̄s deꝰ ad alta-
re tuū accedo. ſed ſi dimitto ve
reoꝛ de inobediētia cōdēnari.
Parce mihi dn̄e idigno famu
lo tuo. ⁊ licet ad celebrāda ſa-
crificia ſemp indignꝰ inueni-
ar. tamen fiduciā de tua miſe-
ricordia retineo. Pro q̄ re deꝰ
omp̄s dignare me paterna pi
etatte placitoqꝫ vultu reſpice-
re: ⁊ cordis mei interiora pur-
gare. Et ſi ego reatu culpabi-
lis exiſto. meaꝝ tñ precū inter
uentu tibi ſint grata in oibus
myſteria placita atqꝫ ſacrata.

Item alia orō an̄ miſſam.

Eus q nō mortē ſꝫ peni
tentiā deſideras pctōꝝ.
me miſerū fragilēqꝫ pctōꝛem
a tua pietate non repelle. neqꝫ
aſpicias ad pctā ⁊ ſcelera mea
⁊ immūdas turpeſqꝫ cogitati
ones. qbꝫ flebiliter a tua diſiū
goꝛ volūtate. ſꝫ ad mēſas miſ
ſericordias tuas: ⁊ ad fidē de-
uotionēqꝫ eoꝝ q p me tuaꝫ ex
petūt miſcōiam. Et qꝛ me in-
dignū mediū inter te ⁊ pplm
tuū fieri voluiſti. fac me talem
vt poſſim digne tuam exoꝛare
miſcōiam p me pctōꝛe. ⁊ p co-
dē pplo. ⁊ adiūge voces nr̄as
vocibꝫ angeloꝝ tuoꝛū. vt ſicut
illi te laudāt inceſſabilr ⁊ infa
tigabiliter in eterna btitudine
ita nos qꝫ eoꝝ interuētu te me
reamur inculpabilit laudare
in hac pegrinatiōe. Ieſu xp̄e q
viuis ⁊ regnas deꝰ p omia ſe-
cula ſeculoꝝ. Amen.

Itē alia orō ante miſſam.

Gnoſce domie qd roga-
re cōpelloꝛ. dū p immun
da labia nomē tuū aſſumo. et
imūdoꝝ actuū ſecreta confite
oꝛ. nō habeo apud te vba ſine
crimine. Tu eni ↄſcie mee vul
nera. tu cogitationū mearum

occulta noſti. ⁊ imūdicias me
as tu ſolus agnoſcis. Miſere
re mihi miſerere dn̄e mihi. ig/
noſce myſteriū tui ſecreta tra/
ctanti: nec indignū miſericor/
die tue iudices quē ꝑ alijs ro/
gare ꝑmittis. ⁊ in q̄ teſtimoni
um boni opis nō agnoſcis. of
ficiū ſaltē diſpēſatiōis credite
nō recuſes. Saluator mundi
q̄ cū pr̄e ⁊ ſpū ſancto viuis.

Item alia oratio.

Deus miſc̄die ⁊ veritatꝫ
clemētiā tuā ſuppliciter
deprecor: vt mihi miſerrimo in/
numerabiliū veniā concedas
pctōꝝ: qb⁹ irā tue potētie ꝓuo
caui. q̄tin⁹ te miſerāte i hac vi/
ta ſ̄m tuā volūtatē purgatus
ad btūtudinis eterne ꝑticipati
onē ꝑtingā. Cūctis etiā in cor
pore ſiue extra corp⁹ fidelib⁹ q̄
mihi ſpiritali vl̄ carnali ꝯiun/
ctione coherēt. ⁊ q̄ ſe mihi ꝯfi
tendo vl̄ rogādo cōmendaue
rūt. necnō ⁊ q̄ꝝ pecūias ⁊ ele/
moſynas ſuſcepi. vl̄ qui ꝑ me
am maliciā ſeu negligētiā cor
rupti ſunt manū mie tue porri
gas. ⁊ ꝑ ineffabilē largitatem
tuā adoptatā eis indulgentiā
pctōꝝ ꝯcedas. ⁊ ad requiē be/
atoꝝ eos ꝑducas.

Item alia oratio.

Deus qui de indignis di
gnos: de imūdis mūdos
de pctōrib⁹ iuſtos facis. mun
da cor ⁊ corp⁹ meū ab oī ſorde
⁊ contagione pcti. ⁊ fac me di
gnū ſacris altarib⁹ miniſtrū ⁊
ꝯcede ꝓpici⁹. vt in h̄ altari ad
qđ indign⁹ accedo hoſtias ac
ceptabiles atq; placabiles of/
ferā pietati tue ꝓ pctis ⁊ offen
ſionib⁹ meis et ꝓ oīb⁹ fidelib⁹
xp̄ianis ⁊ oīb⁹ circūſtantibus
oībuſq; mihi familiaritate vl̄
ꝯſanguinitate cōiūctis oībus
q; qui mei memoriam in ſuis
ꝯtinuis orationib⁹ habēt. et ꝓ
eum ſit tibi meū acceptabile
votū: qui ſe tibi obtulit in ſa/
crificiū. ieſus xp̄s dn̄s noſter.

Item alia oratio.

Ante oculos tuos dn̄e re/
us ꝯſcientie teſtis aſſiſto
rogare nō audeo qđ impetra/
re nō mereor. Tu eni ſcis dn̄e
omnia que agunt̄ in nob. eru/
beſcimus cōfiteri qđ nō time/
mus admittere. Uerbis tibi
tantū obſequimur: corde mē
timur. ⁊ qđ velle nos dicimus
nolle noſtris actib⁹ approba/
mus. Sed parce dn̄e confitē/
tibus. ignoſce peccantib⁹. mi/
ſerere rogantib⁹ te. ⁊ quia me/
us ſenſus in ſacramētis tuis

infirmus eſt: ⁊ apud te nō habem⁹ verba ſine crimine. Preſta dn̄e. vt ſicut ex nobis indignis ⁊ pctōrib⁹ duri cordis v̄ba nō ſuſcipis. ita p̄ temetip̄m nobis veniaʒ largiaris. Qui viuis ⁊ dn̄aris in ſecula ſeculorum. Amen.

Ad virginem glorioſam

Sereniſſima ⁊ inclita v̄go maria mr̄ dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i regina celi ⁊ terre: q̄ ⁊ eundē creatorē oim creaturaꝝ tuo ſctiſſimo vtero dignare fuiſti portare. Cuius ideveraciſſimū corp⁹ ⁊ ſanguinē ego indigniſſim⁹ ſumere p̄ſumo. Rogo te p̄ v̄ginalē humilitatē tuā ⁊ paſſiōem ⁊ mortē eiuſdeʒ filij tui vt ad ip̄m p̄ me miſero pctōre itercedere digneris. vt q̄cq̄d in ei⁹ ſacrificio bn̄dictiſſimo ignorāter vel negligēter vl' accidētalit' obmiſero tuis ſctiſſimis precib⁹ mibi digneẗ indulgere. Amen.

Item alia orō ante miſſam multum deuota.

Ecce benigniſſime dn̄e ieſu xp̄e fili dei viui ego indign⁹ pctōr memor tam ineſtimabil' caritatis tue quā hūano generi exhibuiſti q̄n naſcerēs ex maria v̄gine hō fieri voluiſti. Exēplo ſctiſſime cōuerſatiōis tue ⁊ v̄bo p̄dicatōis viam eterne ſalutis nos docuiſti innūeros dolores ac labores: ⁊ iniurias pro nobis ptuliſti. multa dura etiā indigna paſſus ac crucifix⁹ ⁊ mortuus es ꝓpter nos: vt ab eterna morte redimeres nos. inſup vulneratus lancea militis tuū p̄cioſū ſanguinē copioſe in remiſſiōeʒ ⁊ ablutionē pctōꝝ nr̄oꝝ d̄ tuo pijſſimo latere effudiſti. Qui etiā ad ꝑpetuā tante caritatis memoriā in cena tua vltia trāſitur⁹ de h̄ mūdo ad p̄rem venerabile ⁊ ſalutiferū tui corporis ſacr̄m inſtituiſti. ⁊ in eodē ſacramēto teip̄m cibū ⁊ potuʒ ſalutarē aīaꝝ nr̄aꝝ nob̄ p̄parasti: ⁊ ſumendum imperraſti dicēs. Accipite ⁊ comedite ex h̄ oēs. Qui etiā ad ip̄m venerandū ſacramētuʒ p̄ famulos tuos p̄ſbyteros in altari quotidie ꝯfici: ⁊ in eodē ſacramento tuip̄e p̄ myſteriū p̄ nob̄ iterꝝ pati: ⁊ manib⁹ eorundē p̄ſbyteroꝝ p̄ ſingulos dies p̄ ſalute nr̄a in tui memoriā offerri voluiſti. Taute ergo dilectionis tue memor intendo facere qḋ tu domine feciſti tunc. ⁊ a nobis famulis tuis preſbyteris

fieri precepiſti. ꝛ qd eccľia tua ſancta te auctore fieri inſtituit volens ſcilicet te cooperāte cōſecrare ſeu conferre corpꝰ ꝛ ſanguinem tuum ſuo loco ꝛ tempore canonis miſſe noſtre ꝛ offerre te dominū deum ꝛ ſaluatorem meū cū apertis defluentibus vulneribus tuis deo patri tuo. tibiqꜫ et ſpirituiſancto in memoriaꝫ pijſſime mortis tue. immo omnium amariſſimorū dolorum tuorum corporalium et ſpiritualiū quos pro nobis miſeris redimendis et inflammandis ab inſtanti cōceptionis tue in vtero ꝟginis matris tue vſqꜫ ad mortē crucis magnis ardoribus amore noſtro crebrius ſuſtinuiſti. In memoriam inſuper glorioſe reſurrectionis tue et admirabilis aſcenſionis: ad gloriā et honorem ſumme trinitatis ad venerationem ꝛ congratulationem benedicte mr̄is tue totiuſqꜫ celeſtis curie pro graciarumactione omniū beneficiorum tuorum pro contritione. penitentiaꝛ ſatiſfactōe omnium peccatorum ab origine mundi cōmiſſorū. et pro pace ꝛ ſalute eccleſie tue ſancte militantis viuentium et defunctorum. Accedo ergo licꝫ vere indignus ad altare tuum ſanctum domine. vbi etiā te miſerante recipere cupio te dominū deū ꝛ ſaluatorē meū in tui memoriaꝫ: ꝛ infirme anie mee medicinā. Qui es predulciſſimus cibꝫ ꝛ potꝰ dulciſſimꝰ ſanctiſſime matris tue. ſanctoruꝫ quoqꜫ angeloꝝ tuorū ac omnium beatorū. Sed confiteor tibi dn̄e ieſu xp̄e ꝛ benedicte matri tue ſemꝑ virgini marie ſancto angelo meo ac oībus ſuꝑnorū ſpirituū ordinibꝫ ſctō iohanni baptiſte ſanctis apoſtolis: euāgeliſtis: martyribꝫ: cōfeſſoribus: ꝟginibꝫ ac oībꝫ ſanctis tuis ꝙ neqꜫ dignus heu nequaqꜫ paratꝰ ſum ſuſcipere te agnum dei immaculatū in tam immundū ꝛ impreparatum cordis ꝛ corporis mei hoſpiciuꝫ. ꝓpter innumera peccata mea quibꝫ te dominū meuꝫ a puericia mea vſqꜫ nunc ad iracundiaꝫ ꝓuocaui. et meam conſcientiā pollui et grauaui. Peccaui heu contra mādata tua. multipliciter ea tranſgrediendo. peccaui heu contra ſacramenta ecclie mltipliciter ea indigne ſumendo tractādo et miniſtrando: ꝛ cōtra oīa iura

⁊ maioꝛū meoꝛū inſtituta va-
rijs modis agendo peccaui.
heu multipliciter ꝯtra ꝓfeſſio-
nē ⁊ ordinē meū ⁊ cōtra vota
monaſtica corde: oꝛe: opere et
omiſſione Cōfiteoꝛ tibi do
mine ꝙ interioꝛa mea ⁊ exteri
oꝛa a planta pedū meoꝝ vſqꝫ
ad verticez capitis mei varijs
iniq̄tatib⁹ ⁊ pctis multiplciter
inq̄nata ſunt ⁊ reſperſa. Ad-
huc ꝯfiteoꝛ tibi dn̄e ⁊ grauiter
me coꝛā te accuſo ꝙ de vniuer
ſis ⁊ ſingul'peccatis a me ⁊ oc
caſione mei cōmiſſis. ⁊ de om
nibus bonis a me ⁊ occaſione
mei omiſſis ꝯtra te ꝯtra proxi
mos ꝯtra oꝛdinē meū ⁊ cōtra
meip̄m. nō ſum ita coꝛdialiter
ꝯtrit⁹ neqꝫ tā plene ⁊ diſtincte
ꝯfeſſus. neqꝫ ꝑ ꝯdignā penitē
tiā emēdat⁹. ſicut mihi expedi
ret ad ſalutē: ⁊ tibi cōgrueret
ad honoꝛē. Sed indulgētiſſi
me dn̄e qui veniſti ppl'm tuuz
ſaluū facere a pctis eoꝝ. cui ꝓ-
priū eſt miſereri ſemꝑ et ꝑcere.
Qui dixiſti oꝛe tuo benedicto
petite ⁊ accipietis. q̄ miſertus
es dauid ꝓphe adulterantis ⁊
occidētis. Qui miſert⁹ es pe-
tri apl'i te negātis ⁊ amare flē-
tis. Qui miſert⁹ es marie ma
gdalene tuos bn̄dictos pedeſ
ſuis lacrimis rigātis. q̄ miſer
tus es latronis ſero penitētis.
q̄ mulierē in adulterio dep̄hē
ſam ꝯdemnare noluiſti. Qui
innumeris pctōꝛib⁹ te humili
ter inuocātib⁹ pctōꝝ veniā p̄-
ſtitiſti. Te dn̄e ꝯtrito ⁊ humi
li coꝛde rogo vt me tā idignū
pctōꝛem nō ſpernas ꝓpter inu
meroſitatē ⁊ magnitudinem
pctōꝝ meoꝝ. ſed ꝓpter infini-
tū meritū totius crucifixe vite
tue. ac ꝓpter merita ⁊ p̄ces be-
nedicte mr̄is tue ⁊ oīm ſctōꝛū
omīa pctā mea quib⁹ iram ꝓ-
merui mihi miſericoꝛditer di-
mitte. et fac me tuū ſacramētū
tam deuote tractare et ſume-
re vt ꝯſequi merear v̄tutez de-
clinādi a peccat̄ꝫ. grām ſectan
di qđ rectū eſt in ꝯſpectu tuo.
Pacem verē et finē bonum et
iugiter tue ꝓtectiōis ꝯſilium ⁊
auxiliū. et poſt hāc vitā miſerā
fac me participē tue redēptio-
nis. Inſuꝑ miſericoꝛditer reſpi
cere digneris illos et illas ꝓ q̄-
bus te ſpecialiter offerre ꝓpo-
no vt bonos cōfirmes malos
ab erroꝛe reuoces. afflictos cō-
ſoler̄ꝫ. tēptatos eripias. diſcoꝛ
des in bono ꝯcoꝛdes. purgan
dos a purgatoꝛio libereſ. ⁊ oēſ
fideles adhuc viuētes in viaꝫ

ſalutis eterne dirigas ac omi-
bus fidelib9 defunctis p qui-
bus orare velis requiē ⁊ lucez
ꝑpetuam tribuas. Qui vi.

Gratiarūactio poſt miſſaz
a ſacerdote dicenda.

Gratias tibi ago dn̄e
pijſſime q me ad offi-
ciuz ſacerdotale elegi
ſti. Gratias tibi ago dulciſſi-
me deus q me tuo dulciſſimo
corpe ⁊ ſanguine refeciſti Gra
tias tibi ago dn̄e clemētiſſime
p deuotione q̄ me in hac miſ-
ſa ſpecialiter reſpexiſti. Grati-
as tibi ago benigniſſime de9
q me ꝓtegendo a piculoſis ne
gligentijs cuſtodiſti Mi dn̄e
de9 ecce p gratiſſima electione
p dulciſſima refectōne. p tam
pijſſima reſpectione. p tam be
nigniſſima ꝓtectione ⁊ cuſto-
dia. tibi optime de9 ex toto cor
de gratias ago. te benedico. te
laudo. te glorifico in eternum
Eya nunc oro pijſſime de9 vt
ſit mihi hoc dulciſſimuz ſacra
mentū cōtra oīm pctōꝝ meoꝝ
vulnera efficaciſſimū medi-
camentū. Sit mihi benigniſ-
ſime de9 hoc dulciſſimū ſacra
mentū omis virtutis ⁊ grē vi
ctorioſiſſimū cōplemētū Sit
mihi pijſſime de9 hoc dulciſſi
mū ſacramētū tam in vita q̄
in morte cōtra oīa picula vali-
diſſimū tutamentū. Sit mi-
hi dulciſſime de9 hoc ameniſ-
ſimū ſacramentū ad eternam
beatitudinē ſolidiſſimū fulci-
mentū. Mi dn̄e deus ꝑ ſum
ptā queſo euchariſtiā da mihi
vt a peccatis emūdat9 merito
fecundat9: ſine bono ꝯſūma-
tus: tecū in perpetuū ſim bea-
tus. cui eſt honor ⁊ glīa in ſe-
cula ſeculorū. Amen.

Item poſt miſſam pro vi-
uis ⁊ defunctis Oratio.

Ja p̄cor te pijſſime de
us etiā p oībus fami-
liarib9 ⁊ amicis meis
⁊ ꝑ adiutricē hui9 ſacramenti
virtutem: adiuues ⁊ dirigas
eos ad eternā ſalutē. precor te
mitiſſime de9 p omib9 bonis
hominib9 vt ꝑ confirmatricez
huius ſacratiſſimi ſacramen-
ti virtutē confirmes ⁊ muni-
as eos ad vitā eternaz. precor
te pijſſime ⁊ benigniſſime de9
pro pctōribus vniuerſis. vt ꝑ
reparatricē hui9 ſacramēti vir
tutē conuertas ⁊ repares eos
ad eternā ſalutē Precor te mi
ſericordiſſime deus p omib9

fidelib9 defunctis vt p libera-
tricē hui9 ſacri virtutē liberes
eos ⁊ abſoluas ad eternā ſalu
tē. Ubi dñe de9 oro te inſtāter
vt p h ſacratiſſimū ſacrm tu-
um. ſpeciales meos digneris
ſpecialiter viſitare. ⁊ bonos in
bono ꝯfirmare. ⁊ malos a ma
lo reuocare. ⁊ purgādos a pur
gatorio liberare. pr miſcdiarū
p tua miſcdia in eternū. Amē

Alias orones ⁊ grāꝝ actio
nes añ ⁊ poſt miſſaꝫ a ſacerdo
te dicēdas. repies ſup vbi ha-
bent orones ante ⁊ poſt ſacrā
cōmunionē dicende.

Oro cancellarij pariſienſis
p modū appellatiōis cuiuſdā
pctōris a diuia iuſticia ad di-
uinā miſericordiā.

N tua o regina celi et
mūdi toti9 dña dei ge
nitrix illibata v̄go ma
ria. ac vrm oim celeſtꝫ regni p
cerū ciuitatꝫ eterne conciuiū ⁊
beate felicitatis coheredū corā
dei throno ⁊ agno iugit aſtan
tiū. tuiqꝫ ſacer euāgeliſta Jo-
hānes pudicicie v̄ginal para-
nimphe. celeſtium ſcrutator e-
gregie ⁊ diuinoꝝ ſcriba doctiſ
ſime: tanqꝫ in pſone ſingularꝫ
autentice. ⁊ p̄rogatiue ſcitatiſ
⁊ dilectiōis amplioꝝ digniſſi
meqꝫ p̄ſentia. Ego. N. oim fi
lioꝝ dei ingratiſſim9. merito-
rū pauprim9. et ſcelerum heu
abundātiſſim9. ab oim pctōꝝ
meoꝝ grauaminib9. firmo cor
rectiōis ꝓpoſito: ⁊ aīo ad emē
datione vite melioris fiducia
liter appellādi ⁊ lachrymarū
meaꝝ profluuijs adiſtrictiſſi-
ma tua dñe iuſticia ad clemē-
tiſſimā bonitatis tue miſicor
diā ꝓuocādi. dico; pteſtor. cō-
fiteor et ꝓpono. Qd licet. ego
pctōr impi9: indign9 ⁊ miſer-
rimus tantilla mea tpa pueri
cie metas adoleſcētie curſum
⁊ ꝓuectionē virilitatis mee ꝓ-
greſſum. imo omnes vite mee
ꝓceſſus. Annos menſes dies
horas ⁊ momenta. timore tuo
poſtpoſito. anio irreuerenti et
infrunito cogitatu. deſiderijs
⁊ conatib9 malis. volūtate. ꝓ-
poſito ⁊ conſenſu peiorib9. nec
non ope ꝯſuetudine ⁊ cōtem-
ptu peſſimis inceſſanter et im
pie tranſegerim: legem tuam
peccando dereliquerim. iuſti-
cias tuas ꝓphanauerim. gra-
tiā tuam abiecerim. mandata
tua nō cuſtodierim. ſalutaria
tua conſilia et monita paruiſ

penderim.pietatꝫ opa ſegniter
neglexerim.dono ſpiritꝰ ſepti-
formis mortaliter a me repu-
lerim.btitudines ⁊ v̾tutes ma
licioſe ſpreuerim.eccleſiaſticis
me ſacramētis indignū reddi
derim.temereq̃ boni ꝓprie ſa
lutis imemor petā cōmiſerim
obſeruātias eccl'ie ſctē catholi
cas ⁊ p̄cepta ptinaciter tranſ-
greſſus flagicioſis meis opib9
fidē tuā violauerim.pctis me
is rurſum te fili dei crucifixeri
oib9 tuis bn̄ficiis ⁊ donis gra
tuitis ingratꝰ extiterim.flagel
la tua licet pauca murmuran
do ſuſceperim. In ſupbia vite
auaricia cordis indgnatōe mē
tis et corpis. inuidioſ actib9.
peculiarib9 caſtrimargiis.ira
cūdis motib9. accidioſ corpo
rib9.innūerꝫ voluptatib9 actu
alib9 culpis mortalib9 ⁊ crimi
nalib9 viciis. venialib9 peccatꝫ
offenſis ſpūalib9 corporis cor
dis ⁊ oris iniq̃tatib9.factꝫ illi-
citis.p̄ſumptiōib9 temerariis
crebris inobediētiis. negligen
tiis ⁊ delictꝫ plurimis:⁊ aliis
nefandis exceſſib9 ex malicia
⁊ fragilitate.oibus interiorib9
⁊ exteriorib9 meis ſenſib9 te de
um meū g̃uiter.⁊ mltiplicitер

offenderim. Et hiis mal' pro-
priis nō ꝯtētꝰ mala mal' accu
mulans aliis occaſionē peccā
di p̄buerim eos in putēū inte-
ritꝰ mecū traxerim.Peccātib9
ꝯſiliū auxiliū ⁊ fauorē impen-
derim.exēplis puerſ ipe puer-
ſus innocētes puerterim. Ad
petā q̄ rariſſime defleui q̃ſi ca-
nis ad vomitū,⁊ ſus ad voluta
brū luti pꝰ lamēta tanq̃ ea nō
plāxiſſem impudice redierim.
Ac p̄miſſa ⁊ oia alia mea faci
nora tibi cūcta videnti notiſſi
ma.ordie ſcia loco tpe ⁊ cauſa
vltra modū auxerim ⁊ aggra-
uauerim.mala q̄ꝝ nō ē nume
rꝰ neq̃ter cōmiſerim.⁊ p ea ſen
tentiā mortꝫ eterne.q̄ dr aia q̄
peccauerit ipa morietr. dānabi
liter incurrerim. i iudiciū tuū
horrēdū ⁊ iuſtiſſimū dn̄e:⁊ in
manū tuā dei viuētꝫ pnicioſe
nimis inciderim indignatōez
tuā incurrerim.a ꝯſortio cele-
ſtis exercitꝰ me ſepaueri. et ab
iniq̃tate mea in q̄ vſq̃ adhuc
q̃ſi p taletū plūbi reſideo.vt re
ſurgere non adiecerim.ſpq̃ te
dn̄m vocantē me ad pniaz nō
audiueri.pmittētē te p̄mia et-
na renuerim ⁊ te mortē cōmi-
nātē ppetuā ⁊ diuitias bōitatꝫ

patientie ⁊ longanimitatꝭ tue in anime mee piculū ⁊ salutꝭ diſpendiū ꝯtēpſerim Tū tu rex fortis ⁊ potens. vltor metuendeterribil' ⁊ iuſte iudex de cuius ore ſedētis in throno ꝓcedit gladiꝰ ꝓ iudiciū ⁊ iuſticiā bis acutꝰ. ꝯtra iniuriā oñdenſ mihi bonitatē ⁊ patiētiā. Suſtinuiſti et expectaſti vt mihi miſerearis. Prolongaui iniqtatē. ⁊ tu bonitatē ꝯtinuaſti in caritate ꝑpetua. miſerās dilexiſti me et attraxiſti me. diſſimulaſti ꝓpter penitētiā omēs tranſgreſſiōes meas et ſcelera mea. ꝯtemptꝰ. ingratitudies ⁊ delicta. nō improperaſti mihi bñficia. nō detraxiſti ꝓpter crimina. toleraſti patiēter omīa mea flagicia. cuſtodiſti me ne vltra ea q̄ feci cōmitterē grauiora. Nō feciſti mihi ſm peccata mea: nec iuxta iniqtateſ meas. Nō tribuiſti ꝓ malis mala. ſed ꝓ malis bona. Nō intuliſti mihi opprobria. non irrogaſti cōuicia. retraxiſti manū vltricē vibrantē ſuꝑ me vindicte gladiū. diſtuliſti ſententie mortis executionē. Suſpēdiſti iudiciū ⁊ iuſticiā ꝓrogaſti ſpe correctiōis vite mee termi

nū: ⁊ pctōꝝ meoꝝ vltionē dignissimā vſq; in horā pſentē miſericorditer auertiſti ⁊ i miſerationib⁹ tuis multis factū eſt. vt nō ſim pſumptꝰ ne ꝑ perpetuum ſuſtineā ſaluatiōis piudiciū patrimonij celeſtis iacturam. btē viſionis carentiā. dānū corporis ⁊ anie dānationis penā. nō morituri vermis dolorē. inextinguibil' ignis incendiū. ſtridorē dentiū. tenebras fletū. luctū ⁊ grauamē. Ex pmiſſis igit' dñe ſi a me faciem auerteris ⁊ miſcdiā deſpexerſ ſi iniqtates meas obſuaueris ſi in ira tua arguēdo me miſericordiā tuā attennueris ⁊ antique miſcdie recordatꝰ nō fueris. ſi in ꝑpetuū mihi iraſcerſ ⁊ miſcdiā a me pctōre in eternū abſcōderis. ſi iuſticie tue ſoliū me iudicaturꝰ aſcēderis et oblitus fueris mei finalit' miſerrimi. Sciens me p̄ iniqtatū mearū multitudine ⁊ graui pctōꝝ onere me culpabilit' in hac vita grauatū. nō indebite: timenſq; veriſilit'r ſi tantꝭ tribulationib⁹ adiutorē nō inuenero poſt hanc vitā me plus ⁊ mlto fortiꝰ aggrauari. Ideo q; deꝰ iudex iuſte in his ſcptu

ris lachrymaꝝ mearuꝫ attra-
mento ꝯſcriptis. a te irato ⁊ iu
ſto iudice ⁊ a ſententia tue di
uine iuſticie ad te placatum ⁊
miſericordē p̄rem miſericordi
arū. q̄ tardū neſcis miſcd̄iam
⁊ cui ꝓpriū eſt ſemꝑ miſereri et
parcere. q: ſuꝑiorez nō habes
cū tu ſis ſolꝰ altiſſimꝰ ⁊ in mi
ſericordia copioſus ad tribu-
nal tue clemētie bonitatꝫ ⁊ mi
ſericordie q̄ iudiciū ſupexaltat
in ſpe venie. Ego miſer ad te
miſericordē cuiꝰ miſcd̄ie non ē
numerꝰ ꝓuoco et appello. Et
te reginā ⁊ m̄rem miſcd̄ie oēs
q̄ ſctōs ⁊ electos dei: ⁊ ſpecia-
liter vos iudices iuſti cōmili-
tones ap̄los peto vt inſtanter
inſtātiꝰ inſtātiſſime ꝓ me pec-
catore miſerrimo. ad deū meū
ſuppliciter intercedatis ac ite-
rū ⁊ iterū ⁊ cū omī qua poſſuꝫ
deuotiōis ⁊ hūilitatis inſtan-
tia. a te cuiꝰ miſcd̄ia plena eſt
ōis terra. ⁊ ꝑ te in cel̄ p̄parata
⁊ in eternū edificata graciā et
veniā. Et q: in miſcd̄ia diues
es. clemētiā ⁊ miſcd̄iam peto
mihi dari cū ip̄e deus meꝰ ſis
cuiꝰ miſeratiōes ſunt oīa opa
tua. q̄ cui volueris imo omniū
miſereris: ⁊ q̄ grām et miſeri-

cordiaꝫ in q̄cunq̄ hora pecca-
tor ingemuero mihi dare poſ-
ſis ⁊ velis: ſubiiciēs corpus ⁊
aīam: vitā ⁊ opa: res ſtatum ⁊
tꝑa mea: necnō oēs ⁊ ſingulos
miſcd̄ie tue adherētes ſeu ad-
herere volētes ꝓtectiōi ⁊ gra-
tie abūdātiſſime bonitatis et
miſcd̄ie tue dn̄e deꝰ p̄r vnige-
nite. Jeſu xp̄e ⁊ ſp̄ūs orphano
rū paraclite: indiuiduaq̄ tri-
nitas bn̄dicta. Proteſtor etiā
q̄ p̄ſentē orōnis mee deuotio-
nē aſpectibꝫ tuis ſepiꝰ publica
re ac mores et vitā auxilio tuo
q̄nto celeriꝰ potero corrigere ⁊
emēdare volo. Rogo etiā te fi
li dei crucifixe vt laterꝫ tui vul
neris ſigno. q̊ illā in cruce pen
dens orōem (p̄r ignoſce ill̄ q:
neſciūt q̄d faciāt) ꝯſignaſti. et
in qua ꝓ tua reuerētia es exau
ditus hanc etiā oratiunculaꝫ
meā diuine ꝓuocatiōis miſeri
cordie clemēter ꝯſignes. ⁊ eaꝫ
miſcd̄ie multe facere digneris
efficacē. Req̄rens te ſacer ſcri-
ba Johes quatinꝰ p̄ſentē me
am orōem. tibi cōmiſſe v̄gini
m̄ri cū ex orōne ꝓ me publices
Et regina miſcd̄ie eā cū oſtē-
ſione ꝓ me pectoris ⁊ vberum
tuoꝝ: quem genuiſti dei filio

notifices. Tu quoq̃ fili cle-
mentiſſime eã pr̃i cũ oblatiõe
ꝓ me paſſiõis ſanguinis vul-
nerũ tuorũ ⁊ mortis offeras:
acceptabileq̃ facias alme tri-
nitati vt ꝑ eam ⁊ alia pietatis
opa grãm ⁊ miſcdiam. pecca
torũ remiſſionẽ ⁊ veniã. requi
em ⁊ vitã merear ſempiternã.
Amen:

Incipit informatio bona ⁊
optima religioſoꝝ. imo ſacer-
dotũ ⁊ omniũ clericoꝝ q̃ ex or
dinatione ſacroꝝ canonũ ad
horas canonicas deuote quo-
tidie pſoluendũ ſunt obligati
qualiter ad eaſdẽ horas ſe pre
parare. ⁊ quõ ac qualiter in eiſ
dem ſe habere debeant.

C Adente ſeu ſignãte
horologio circa ho-
ram vigiliaꝝ. mox
in momẽto. ⁊ qua-
ſi in ictu oculi ſurgẽs ſtatue
in animo tuo te audire vocẽ il
lam terribilẽ q̃ fiet in iudicio.
Surgite mortui q̃ iacetis in
ſepulcris vr̃is et occurrite ad
iudiciũ ſaluatoris. Exiliens
igit̃ feruẽter de lecto ↄſignãs
te ſigno ſctẽ cruc̃ gr̃as age di
uine miſcdie ꝑ quiete multa.
⁊ eiuſdẽ protectione ⁊ ꝑ cuſto
dia angeloꝝ. Deinde mentis
intuitu ↄſiderãs virginẽ glo-
rioſã mariã: Ex intimis cor-
dis tui medullis dicito. Aue
maria ⁊c. Cũ vero pulſat̃ ad
matutinas pone in corde tuo
audire te nunciũ dñi tui dicẽ-
tem. Ecce ſpõſus venit: exite
obuiã ei. Ac poſtea cũ reuerẽ
tia magna intrãs choꝝ in con
ſpectu dñi dei nr̃i Jeſu xp̃i. et
ſctõꝝ angeloꝝ: ⁊ btãꝝ aiarũ
cũ timore dñi ⁊ reuerẽtia ſta i
gradu tuo: ⁊ cogita de dei bñ-
ficiis ⁊ de tua ingratitudie. et
humilia valde ſpũm tuũ. q2
cor ↄtritũ ⁊ hũiliatũ de9 nõ de
ſpiciet. Et anteq̃ termine̾t vl
tima pulſatio cogita ex itimo
corde q̃ dñs ieſus in ſua paſſi
one media nocte cõprehenſus
fuit ⁊ ligat9. vt te ad ipm vin-
culo ſui amorꝫ attraheret. ⁊ ta
li hora capt9 a iudeis ⁊ viliter
tractus vt te a captiuitate ini
mici eriperet. ⁊ ereptũ ꝑpetue li-
bertati donaret. Hec igit̃ mẽ
te reuolue et in affectiõe dulci
recollige. ⁊ memorie tue impri
me ⁊ dic. Oratio.

le hoc induat imoꝛtalitatem Nūc eni hāc diuitie iactāt: pauptas deijcit. inuētus ex/tollit. ſenectus incuruat. et i/firmitas frāgit. meroꝛ deprimit. et poſt hec oīa moꝛs in/terimit vniuerſis gaudijs finē imponēs. Jāq; adueniat ꝛ aduolet illud regnū obſe/cro carēs moꝛte. vacans fine cui nulla tempoꝛa ſuccedūt per euum vbi continuus ſi/ne nocte dies neſcit habere tēpus vbi illi angeloꝛum hymnicidi choꝛi ꝛ ſupnoꝝ ciuiuꝫ ſocietas vbi dulcis ſolēnitas ab opere generationis hui⁹ triſti laboꝛis redemptuꝫ ad hoꝛum ſanctā frequentiaꝫ ꝛ tue inſpiciende pulcritudis menſuram. ꝛ ſine fine leticiā fac me dn̄e de⁹ toto coꝛde intendere viriliter currere et feliciter ꝑuenire. Jnterim duꝫ maneo in iſto coꝛpe. in his ſemp meditationibꝫ menteꝫ meā bonoꝝ inſinuatoꝛ exer/cere. Munda igiť coꝛdis intuitū ꝛ mētis affectū. Accende celeſti igne animuꝫ vt te ſolū amem. te ſoluꝫ in coꝛde habeā ꝛ in oꝛe qui es futurū nobis ſine fine pꝛemiū. et vt pondus moꝛtalitatis mee le

uius ferā Da lumē in coꝛde da verbū in oꝛe. aperi ſanctarū ſecreta ſcripturarū. ꝓfun/da miſterioꝝ regni tui viſce/ribus meis pꝛopina. Da ex amoꝛe tuo lacrimas. da fidi virtutūq; pēnas. quibus indutus rurſus ad te volitem et pꝛoꝛſus celū petā hoc per te. de te. in te confiteoꝛ O beata ꝛ bn̄dicta ꝛ glīoſa trini/tas. O vera ſumma ſempitna vnitas. pr̄ ꝛ filius et ſpiritusſanctus. Cōfiteanť ergo tibi dn̄e oīa opa tua. ꝛ ſancti tui benedicāt tibi. Et ne cō/fitēdo reſipiſcāt. non ceſſent a laudibꝫ tuis peccatoꝛes q̄/rum vn⁹ ego licet in peccatꝭ pꝛemoꝛ coꝛde tn̄ deſideranti tuas decanto laudes. Sed ſi non ea qua debeo laude et dignitate. facio qua valeo facultate. Reſpice queſo ſere/no vultu ad hoc mee exiguitatis obſequiū ꝛ pꝛopitiabi/li dignatione accipe tantillū ſacrificium confeſſionis fi/dei mee vt ad te redeat qđ a te venit. nō reſpiciēs ad illđ tantū qđ deuot⁹ offero. quantū ad ea. que deuotiſſime di/cere volo. quicq̄d te decet vel offendit vt cognoſcat anima

mea vtinā poſſim talia qualia illi hymnidici chori ãgeloꝝ. O q̃ libēter tuis in laudibꝫ me totū infunderē ꝛ luculēter in medio eccleſie carmen tue glorie infatigabilit̄ ꝓrarem. Sꝫ quia vt illi nequeo prorſus tacebo. Ve domīe tacētibꝫ de te. q̇ ora multoꝝ ſoluis. ꝛ linguas infantium facis diſertas. verū q꞉ puulis licet balbutire. Suſcipe ſacrificiū de manu lingue mee de cordis amore.

Sed ignoſce dn̄e rogo indignissimo ꝛ infelici tecū de te diutius loquēti ſuo. Ignoſce pie. q꞉ nō temeritate preſumptōis. ſed auiditate tui deſiderij has oratōes aſſumpſi. vt breue ꝛ manuale vbū de te ſemp̄ haberē. ex cuiꝰ lectione quotiēs tepeſco in tuum reaccendar amorē. Sumus enī in medio laqueorū poſiti. ꝛ ideo facile refrigeſcimus a celeſti deſiderio. vn̄ indigemꝰ aſſidue monimento quo expergefacti ad te nr̄ꝫ verū ſummūq; bonū cuꝫ defluimus recurramus. Qui viuit ꝛ regnat. Feria quīta oratio ſancti Auguſtini ad ſanctam trinitatem.

Eius lux vera que ſine acceſſu ea que elegis illuſtraſſet ſine receſſu ea q̄ reſpuis deſeris. Deus cuius vnigeniti fides nos excitat. ſpes erigit. caritas vnit. deꝰ qui petere iubes ꝛ inuenire facis ꝛ pulſantibꝫ apis. Deus a quo auerti cadere ē ad quē redire reſurgere eſt in q̊ manere ꝯſiſtere eſt. deꝰ queꝫ nemo amittit niſi deceptus nemo querit niſi monitꝰ. nemo inuenit niſi purgatꝰ. deus quē neſcire mors eſt queꝫ noſcere viuere eſt. quem ſpernere perire eſt. cui ſeruire regnare eſt. Te laudo. te benedico atq; adoro. tue clementie atq; bonitati gr̄as agens pro vniuerſis donis ac bn̄ficijs tuis atq; datis. ꝛ p omnibꝫ bn̄ficijs mīe tue, que anime corporiq; meo largirꝭ ꝛ ſemp̄ largitꝰ es. a puericia ꝛ a cunabulis meis. et propter te et nomen ſanctū tuū. Da igit̄ dn̄e mihi rogo ſpacium locūq; ꝛ fructus dignos penitētie. da cor ꝯtritū et humiliatū. da gr̄ā lachrimarū Da lumē in corde. vires in corpore. vt que agenda ſunt videā. ꝛ ad ea implēda que

de eis video fortiter conuale
ſcam. Miſerere mei domi-
ne miſerere mei. Ne perdas
me queſo cum peccatis ⁊ ne
gligentijs meis. Da mihi ꝓ
pter nomen tuum tu qui iu-
ſtificas impios ⁊ viuificas
mortuos et mutas pctõres
gr̃am tuã ⁊ emũda vitã me
am. meliora act⁹ meos. Cõ
pone mores meos tolle ꝺ me
qꝺ tibi diſplicet ⁊ mihi nocꝫ
⁊ tribue pro bonitate tua qꝺ
noſti tibi placere ⁊ mihi pro
deſſe. Fac me precor clemẽs
domine per graciam tuã ta-
lem cui omnia poſſibilia ſũt
vt placere valeã corã oculis
tuis in veritate. Tuam piaꝫ
nõ abhorreo medicinã. Sũ
enim valde infirmus q̃ſo me
dere languores meos. excoq̃-
ſcoriaꝫ pctõꝝ meoꝝ vſqꝫ ad
purũ priuſquã abeã modis
quibꝫ tibi videt̃. Sed rogo
dñe ꝑ tuã miam ⁊ rogare nõ
ceſſo quod nimis deſidero.
Mollifica cor meuꝫ durum
⁊ lapideum tua mirabili vn
ctione. mollifica me precor ⁊
fac me ꝑ ignẽ cõpunctionis
hoſtiã viuã coram te quotti
die fieri. Reſpice in me dñe
⁊ miſerere mei da mihi effe-
ctum petitionis et deſiderij
mei. Da capiti meo aquam
immenſam. ⁊ oculis iterum
infunde fontẽ lacrimaruꝫ iu
giter manãtem. vt ꝓ vulneri
bus aĩe mee indeſinẽter die-
bus ac noctibus defleam do
nec temp⁹ acceptabile. donec
dies eſt ſalutis. donec vacant
flere mala que feci et quotti-
die facio. vt ꝑ labores penitẽ
tie vita eterna ꝑfrui merear
cum bonis vel vltima ſalteꝫ
portione cum iſto latrone ve
nerabili. qui per vnũ verbuꝫ
factus eſt heres paradiſi in
ipſo mortis articulo quẽ pro
pter multitudinẽ mie tue et
bonitatem exaudiſti. exau-
di pie ieſu preces ſerui tui re-
miniſcere miſerationuꝫ tua-
rum quibꝫ mirabiliter et mi
ſericorditer ſubueniſti hũa-
no generi propter bonitatem
quoniaꝫ nos amaſti. paſtor
bone qui ꝓprio filio tuo non
pepciſti ſed ꝓ nobis impijs
tradidiſti eũ. Subditus il-
le fuit tibi vſqꝫ ad mortem
mortẽ crucis ꝓ nobis victor
tibi factus eſt. victima ſacer
dos ⁊ ſacrificiũ merito mihi
valida ſpes in illo eſt qui ſa-
nabit oĩs languores meos

per eũ qui ſedet ad dexteram
tuā ꝛ interpellat pro nobis
Deſperare vtiq; poſſem. ni-
ſi verbũ tuũ caro fieret et ha
bitaret in nobis. Si enī cū
inimici eſſemꝰ reconciliati ſu
mus tibi ꝑ mortem filij tui
quātomagis nūc ſaluifacti
ab ira ꝑ ipm. Gratias itaq;
ago tibi indulgētiſſime pater
ꝛ pro ſancta incarnatōe tua
paſſione morte ꝛ reſurrectio
ne ꝛ in celum aſcenſione do-
mini noſtri ieſu xp̄i tui. Bn̄
dico nomē tuū totis viſceri-
bus meis pro illa ſacratiſſi-
ma ſanguinis effuſione qua
ſumus redempti. Implora
mus ineffabilē miam tuam
ne ꝑmittas nos eſſe igratos
de tātis beneficijs. nec indi-
gnos tā multis miſerationi-
bus. Sumus enim ꝑs tua
nō viles quos placuit tibi tā
to redimere ꝑcio. Qui viuis
et regnas deus per omnia ſe
cula ſeculorum Amen.

Oratio ſci Auguſtini ad
ſanctā trinitatē. Feria ſexta.

Deus ineffabilis et ī cir
cūſcripte nature iſtitu-
tio omnium reꝝ dn̄i nr̄i ieſu
xp̄i pater. qui ꝑ eundē filiū
tuū dilectū de ſinu tuo miſi
ſti ad publicū noſtrū. ſuſci-
pere vitā noſtrā vt nobis do
naret ſuā. eſſetq; ꝑfectus de
us ex patre. ꝛ ꝑfectus hō ex
matre. totus deus et totus
homo vnus ꝛ idē chriſtus.
eternus ꝛ tēporalis. imorta-
lis ꝛ mortalis creator ꝛ crea
tus. fortis ꝛ infirmus. nutri
tor et nutritus paſtor ꝛ ouis
temporaliter mortuus tecū
in eternū viuens. dator vite e-
terne municipiū promittens
dedit nobis ꝛ dixit. Quecun
q; petieritis patrē in nomie
meo dabit vobis. Obſecro
itaq; dn̄e ꝛ nimis pluꝫ rogo
in nomine dulciſſimi filij tui
vt des mihi cum eodē filio
tuo. te in omnibus benedice
re et glorificare. quia quoꝝ
vna ē ſubſtātia vnū ē et da-
tū des ergo ꝑ illū ꝛ cum illo
pctōꝝ meoꝝ veniā. ꝛ mādā-
toꝝ tuoꝝ cuſtodiā dilectionē
filij tui ꝛ firmū amorē cōtra
diabolū fortia hūilitatis ar-
ma ꝛ erga frēs ꝑitatē ꝑfectā
ꝛ caritatē inextinguibilē. tēpe
rātiā cibi potꝰ ꝛ ſōni ꝛ totius
aīe deſiderij continētiā. audi
tū caſtū. ſimplicē viſum pu-
ritatem cordis mundiciam

coꝛpis ⁊ cogitationem mun/
dā. oꝛis coꝛdiſq̃ cuſtodiam
vt nec coꝛpꝰ intus iniq̇tatē
cōcipiat nec lingua foꝛis per
iuret. nec falſa loquatᷣ. nō ta/
ceat vera nec ſalutifera abſcō
dat nec moꝛtifera pꝛoferat.
Precoꝛ etiā te vt des mihi
aſſiduitatē oꝛādi vires ieiu/
nādi. frequentiā legēdi vt p̄/
cepta tua infatigabiliť legā
qđ eſt rectū teneā. qđ defoꝛ/
me deponā. qđ pulcrū exco
lam qđ ſanū ſeruē: quod in/
firmū coꝛroboꝛē. ⁊ omne qđ
tibi placet cuſtodiā ꝑſeuerā
ter. des mihi inſuꝑ deſpicere
tēpoꝛalia ⁊ totis viribus eter
na diligere ⁊ moꝛtuus mihi
deſpiciam ⁊ tibi viuam non
gaudeam nec lugeē de tēpo/
ralibus. nec metuā qđ tꝑale
ē. nō blādis coꝛrūpar. neq̃
aduerſis deijciar. Rogo er/
go pr̄ clementiā tuā in noīe
filij tui circūcide augmentū
ꝑfectionēq̃ virtutū illum ia
ſenſum ⁊ aīam vt illud a te
petā quod te delectat audire
Doce me q̇d cogitare. q̇d a/
gere. q̇d loq̇. q̇d tacere debeā
Da mihi pꝛudētiā foꝛtitudi
nē iuſticiā atq̃ tēpantiā da
diſcretionē diſcernendi inter

dexterā ⁊ ſiniſtrā. Da ſenſū
vigilē ⁊ pꝛouidū intellectum
vt poſſim bona ⁊ mala diſ/
cernere. aufer a coꝛde meo a/
lienationes. cura in me ſtu/
poꝛem mētis. Stirpa in vi
ſceribus meis vtilia ⁊ eradi/
ca iniq̇tates. recipe de ligua
mea detrahendi ꝯſuetudinē
mētiendi facilitatē. loquen/
di ſcurilitatē. ⁊ omēs actus
vanitatis arte tue medicine
ſana in me. Da mihi ꝑfectiō
nem in moꝛibus. tene me v/
tute oipotētie tue ⁊ nō ſinas
vagari ꝓpꝛij arbitrij libertatē
Iuxta pꝛudentiā tuā diſpo/
ne omnem viam meā in tua
volūtate. aīam hāc peccatri
cem ꝑ qua moꝛtuus eſt xp̄s
nō ꝑmittas perire. frenū tu/
um in maxillis meis pone.
et tanq̃ māſuetudinem tra
he me poſt te. Tu eni cūcta
que mihi expediūt noſti. nō
mihi. nō diabolo. nō mūdo
nō alicui alio licet tua dona
ſubuertere. qꝛ totū fragile eſt
qđ tibi nitiť obuiare. Feciſti
eni mecū miam tuā multā
perfice quod feciſti. Da mi/
hi ſemꝑ vbiq̃ contra hoſtē
crudeliſſimū tue pie defenſi
onis auxiliū. vt ſicut fragi/

litatem meã ille immundus non ceſſat petere ita tuis cogatur viribꝫ abſcedere. p̄ſta vt ſim paruus ꝛ oculis meis corã te inuentã gratiaꝫ. Ad auge mihi firmã fidẽ. ſpem. incõcuſſam caritatẽ humilitatem q̄ꝫ ꝑfectã patientiã inuictiſſimã. corpis ꝛ aīme caſtitatem ꝑpetuaꝫ. Da mihi cordis contritionẽ lachrimarum fontẽ Da ſimplicem innocentiaꝫ puritatem cordis ↄſcientiã rectã ꝛ integritatẽ mẽtis. Da vires ꝛ virtutes vt victor mei in cunctis exiſtam. dñetur in me ratio. et rationi dominetur gr̄a tua vt nõ viuã beſtialiter raptus impetu carnis. ſed ſit cõuerſatio mea modeſta ꝛ rationabilis. fac me ꝓuidũ ꝛ in cunctis diſcretum. tribue mihi nulli occaſionẽ ſcãdali p̄bere ſimplicitatẽ ꝛ veritatẽ diligenter. ꝛ inſtanter ea q̄ ſunt pacis ſequi. Per dominum

Sabbato oratio ſcti Auguſtini ad ſanctã trinitateꝫ.

Ater oīm bonoꝝ deus pr̄. cui nū q̄ꝫ ſine ſpe miſericordie ſupplicatᷣ cuꝫ filio tuo et ſpũſancto. Da quod a te deſiderat aīa mea. et qđ a te poſtulat mẽs mea quorum enim vna eſt ſubſtãtia vnũ eſt et datũ vna operatio vnũ donũ. vnaq̄ꝫ ꝑtãs lõge fac a me dñe oẽm ypocriſim omnẽ ſimulationẽ et fac me ſeruire in veritate. Cõcede q̄ſo mihi dona anime vt alacri corde obuiã tibi cõcurrere valeã. Excita corpus meum ſtimulis tuis. et fac me ſtrẽnue ꝑſeuerare in p̄ceptis et laudibꝫ tuis die ac nocte. Da mihi ſciam humilẽ que edificat linguã eruditaꝫ et loquentẽ vt et bonos valeam ad meliora exhortari et malos ad rectitudinis lineaꝫ reuocare. Infunde queſo cordi meo ſpm̄ ſapiẽtie et intellectus. ſpiritũ ↄſilij et fortitudinis. ſpm̄ ſciẽtie et pietatis et reple me ſcõ timore ꝛ amore tuo. Da irriguũ ſuperius ꝛ irriguũ inferius. Da mihi benedictionẽ de rore celi ꝛ pīguedine terre abundantiam Da vt aīa mea ardeat igne amoris tui. fac me mũdo penitus extingui. Cõcede mihi cor contritum ꝛ humiliatum ſemper habere coram te Fac me per gratiã tuaꝫ pctã mea dolere anteq̄ꝫ moriar.

Da mihi tota aīa et totis
viſceribus meis exquirere fa
ciem tuā ſemꝑ. Infunde di
lectionē tuam pectori meo. ⁊
ſcribe dulcem memoriaꝫ tui
in tabulis cordis mei. Illu-
ſtra me celeſtis patrie luce ⁊
ymaginē tue prudētie non ſi
nas in me obfuſcari. Conce
de mihi fragiliſſimo ſanctoꝝ
patruꝫ imitari veſtigia. Da
mihi manſuetudinē. mode-
ſtiā. tolerantiā. benignitateꝫ
pauꝑtatē atqꝫ longanimita
tē cordis ꝯtritionē ⁊ fontē la
crimaꝝ cibi potuſqꝫ abſtinē
tiā labiorū mundiciā. ſpiri-
tuale gaudiū. ⁊ mundi cōtē
ptū. Maxime a te dn̄e cari-
tatē efflagito. aīe ⁊ corporis pu
dicitiā ſicut illis feciſti. p̄cor
te per filiū tuū reſpice in me
⁊ miſerere mei exaudi orōeꝫ
meā et da mihi ſcientiaꝫ pro
pter multitudinē benignita
tis tue que mecum iugiter
perſeuerans doceat me ince-
dere in mīa corā te. ⁊ volun-
tatē tuā omibus diebus vi-
te mee implere. Hāc rē peto
que cū amicis pacificū et cū
inimicis reddat tranquilluꝫ
que me a verbo aſpero miti-
get. ⁊ ab ocioſo ſermone con
peſcat. que me ſemꝑ deū vel
que dei ſun⁊ cogitare compel
lat. ⁊ oculos meos ab iſtoua
no ſeculo auertat que mihi
horam mortis ante conſpe-
ctum ingenerat et hic gaude
re prohibeat. que molem pec
catoruꝫ meoruꝫ conſiderare
⁊ plangere faciat. ⁊ nō alioꝝ
delicta vel feſtucā leuiſſimā
ꝑſcrutari. Poſtremo omnia
mundi pro nihilo habere. et
ſicut piiſſima mīa tua dedi-
ſti volūtatē mihi veniēdi ad
te. ſicut ꝑ illā mihi dōare di-
gneris. ſapientiā ⁊ intellectū
ꝟtutē. benignitatē ⁊ magnā
grām tuaꝫ ſine q̄ nec loqui
nec agere aliquid boni valeo
Et q2 ipe vnigenit⁹ tuus di
xit. Nemo venit ad me niſi
pat' qui miſit me traxerit euꝫ
⁊ nemo venit ad patrē niſi ꝑ
me. Obſecro itaqꝫ ſancte pr̄
⁊ de⁹ noſter trahe me tu ad
ipm ⁊ ipſe me ꝑducat ad te
illuc vbi ipſe in dextra ſedēs
eſt eterna vita vbi eſt amor
perfectus. timor nullus di-
es eternus et vnus omnipo-
tens deus. Qui viuit et re-
gnat in ſecula ſeculorū amē.

Sequũtur oratões que/dam deuote multũ ad beatiſ ſimã virginem mariam dicẽde in eius ſolẽnitatibus aut in diebus ſabbatinis et pre/ſertim in eccleſijs ipſi beatiſ ſime virgini conſecratis

O quar ad cor tuũ O maria ſpeculum clari/tatis angelice. Loquar ad cor tuum mundum, domĩa mundi. et adorabo ad tem/plum ſanctum tuum ab inte rioribus anime mee. Salu/to ex intimis precordijs me/is immaculatum cor tuum. quod primũ ſub ſole fuit di/gnum ſuſcipere. egredientez de ſinu patris vnigenitũ dei ſalue ſanctuarium ſingulare quod dedicauit ſibi deus, in ſpiritu ſancto. Salue ſanctũ ſanctorum quod dedicauit ſummus pontifex celoꝝ mi/rabili ꝛ ineffabili itroitu ſuo Salua archa ſanctificatio/nis continens in te ſcriptu/rã digiti dei. Salue vrna au rea habens celeſte mãna ple num delicijs angelorum. in te dulce cõuiuiũ. in te omẽs delicie. in te electuarium ꝛ ſa por omnis gratior. Salue cor virgineum ſancte trini/tatis inuiolabile ſacrarium ꝛ nobiliſſimum receptaculũ in quo diuinitas humanita ti vnita eſt per amoris oſcu/lum. Jubilo ſempiterno im/plearis. tu concha ſmarag/dina. cuius viror nunq̃ ex/palluit. que ſuperno regi no/ſtram ſalutem ſitienti proba tiſſime fidei dulce nectar pro pinaſti. in illa hora qua ad ſaluationez archangeli eru/ctaſti verbum bonuz dicẽs. Ecce ãcilla domini: fiat mi hi ſecundũ verbum tuum. Magnificet igitur omnis anima te maria dulcedinis et beatitudinem tui ſacratiſ/ſimi cordis vnde noſtra pro fluxit ſalus collaudet omnis lingua per eterna ſecula ſecu lorum Amen. Saluete ocu li virginei omniũ oculorum feliciſſimi. qui ſplendorem patris eterni obumbratum carne meruiſtis videre leti/cia ineffabili. in forma par/uuli pre filijs hominum ſpe cioſi. Saluete aures virgi/nee que meruiſtis audire an gelorũ choros laudibus ex/

tollētes infantē celū terrāꝗ
regentē ⁊ pr̄is ſuauiſſimum
verbū caro factū vagiens in
ter arta preſepia poſitū letici
amꝗ plorantē omnēꝗ lacri
mā ab oculis ſanctoꝝ abſter
gentē. Saluete nares virgi/
nee. hauriētes diuini flatus
ſpiramē. quod vaporauit ex
ore deifici ꝑuuli. O ꝯmin⁹
ille in quo ardent ſeraphin :
O paradiſus voluptatꝭ O
diuina pectoris amatoria re
frigeratrix. quātis pulſibus
amoris ꝯcuſſum eſt cor tuū
cū viuificus ſpūs dei. tanꝗ
auſter te ꝑflauit. et ſpm tuuꝫ
totum ſibi attraxit. Salue
os virgineū. ad oſculanduꝫ
⁊ ſalutandū dei filioluꝫ ſuꝑ
oīa digniſſimū. blandiēs di/
uino infantulo reſidēti ī tuo
virginali gremio. et demul/
cens vt ꝑuulū angeloꝝ dn̄m
adorāſꝗ creatorē oīm. ꝓleꝫ
ex ꝓprijs viſceribus gentiuꝫ.
Saluete manus virginee. q̄
meruiſtis attrectare ⁊ vlnis
tremētibꝫ baiulare deū. queꝫ
celi nō pn̄t capere. panemꝗ
angeloꝝ paſcere in humana
eſurie. Saluete vbera virgi/
nea que rex celorum qui pa/
ſcit oīa ſuxit de te o virginuꝫ
pulcerrima. Saluete pedes
virginee. ꝑfecte ſequētes ve/
ſtigia filij dei in caritate in/
ſeparabili. qꝛ ipa mortꝭ cala
mitas te mr̄em non diſiūxit
a filio. ſed trāſfixa morte vni
ci pignoris iuxta crucē ſteti/
ſtis imobilis. Saluete vir/
ginei corꝑis mēbra ſingula
diuine oꝑationis inſtrumen
ta nobiliſſima manu ſapien
tie excīſa q̄ iniuncta ſcē trini/
tatis officia adimpleſtis in
ſumma reuerētia. O virgo
btiſſima ⁊ oīni laude digniſ/
ſima mater ieſu xp̄i cariſſi/
ma. ꝑ oīa q̄ btiſſima trini/
tas in ſanctiſſimis membriſ
tuis oꝑata eſt magnalia ſu/
per oīa eius opera et ꝑ illō in
effabile gaudiū qđ in conce/
ptu ⁊ ī partu filij dei in oībꝫ
mēbris tuis ſenſiſti. dignare
de ſingulis mēbris tuis dul
cedine redundantibus ī me
ſtillare graciam tanta effica
cia. vt ꝑfundat̄ corp⁹ meū ⁊
aīa ⁊ ſanctificētur oīa mē/
bra mea. vt de cetero nunꝗ
moueantur ad praua oꝑa ſꝫ
ſeruiāt amori tuo cuꝫ leticia
et ꝑ amorē viuificētur regan
tur. ⁊ roberent̄ ⁊ ꝑficiant̄ vſ/
ꝗ ad exiccationeꝫ medulla.

rum oim oſſiū meoꝝ. Amen

Alia oratio ad ſanctam mariam ſancti Auguſtini.

Maria tu illa magna maria. tu illa maior beataꝝ mariaꝝ. tu illa maxima feminaꝝ. Tu dña magna ꝛ valde magna. te vult coꝛ meum amare. te cupit os meū laudare. te deſiderat venerari mēs mea te affectat exorare aīma mea. qꝛ tuitioni tue ſe commendat tota ſubſtantia mea. Enitimini viſcera anime mee enitimini quantū poteſtis. ſi qđ poteſtꝫ oīa interioꝛa mea. vt ei⁹ merita laudetis vt ei⁹ beatitudineꝫ ametis. vt ei⁹ celſitudinem admiremini. vt ei⁹ benignitatē depcemini cui⁹ patrocinio quottidie indigetis. indigēdo deſideratis. deſiderādo imploꝛatis. imploꝛando impetratis ꝛ ſi nō ſcđm deſideriū vr̄m tn̄ ſupra vel certe ꝯtra meritū veſtꝝ. Regina angeloꝝ. dña mūdi. maṫ ei⁹ qui mūdat mundū. confiteoꝛ. qꝛ coꝛ meū nimis eſt immundū vt merito erubeſcat in tā mundā intendere. nec digne poſſit mundā intēdendo contingere. Te igiṫ maṫ illūiatiōis coꝛdis mei. te nutrix ſalutis mee mētis. te obſecrant quantū pn̄t cūcta ꝓcoꝛdia mea. Exaudi dña adeſto ꝓpicia. a diuua potentiſſima vt mundenṫ ſoꝛdes. mētis mee. vt illuminentur tenebꝛe mee vt accendaṫ tepoꝛ me⁹ vt expgiſcaṫ toꝛpoꝛ meus. quatin⁹ ſicut tua beata ſanctitas. ſup oīa poſt ſūmū oim filiū tuū. ꝑ oīpotentem filiū tuū. ob glorioſuꝫ filiū tuum a bn̄dicto filio tuo eſt exaltata. ſic ſup omnia p⁹ dn̄m ꝛ deū meū tuū filiuꝫ te coꝛ meum intelligat ꝛ veneretur. amet ꝛ depꝛeceṫ eo affectu. non quo deſidero imperfect⁹. ſed quo diciṫ a filio tuo fact⁹ redempt⁹ ꝛ reſuſcitat⁹. Genitrix vite aīme mee. alitrix reparationis carnis mee lactatrix ſaluatoꝛis toti⁹ ſubſtantie mee. Sed quid dicā Lingua mea deficit. quia mens nō ſufficit. Dña dña oīa intima mea ſollicita ſunt vt tātoꝝ bn̄ficioꝝ tibi gratias exoluunt. Sed ne cogitare pn̄t dignas. Quid eniꝫ dicā digne matri creatoꝛis et ſaluatoꝛis mei. ꝑ cuius ſanctitatē peccata mea purgan

tur per cuius integritatẽ mi
hi incorruptibilitas donat.
per cuius virginitatem ani/
ma mea adamatur. a domi
no ſuo et deſpõſatur deo ſuo
Quid inquam digne referã
genitrici dei ⁊ dominici mei
per cuius fecunditatem ca/
ptiuus ſum redemptus. per
cuius partum de morte eter/
na ſum exemptus. per cuius
prolem perditus ſum: reſti/
tutus. et de exilio miſerie in
patriam beatitudinis redu/
ctus. Benedicta in mulie
ribus. Hec omnia mihi de/
dit benedictus fructus ven/
tris tui in regeneratione ba/
ptiſmi ſui. Alia in ſpe alia
in re. Quamqꝫ hec omnia
egoipſe mihi ſic peccando
abſtulerim vt nec rem habe/
am ⁊ ſpem vix teneam.

Quid enim ſi mea culpa
euanuerunt. Nunquid in/
gratus ero illi per quem mi/
hi bona tanta gratis euene/
runt. Abſit ne addã hanc
iniquitatem ſuper iniquita/
tem. Immo gratias ago qꝛ
habui. doleo quia non ha/
beo. oro vt habeam. Cer/
tus enim ſum quia ſicut per
filij gratiam ea potui acci/
pere ſic eadem per matrꝫ me
rita poſſum recipere. Er/
go domina porta vite. ianua
ſalutis. via reconciliationis.
aditus recuperationis. ob/
ſecro te per ſaluatricem tu/
am fecunditatem. fac vt pec/
catorum meorum mihi ve/
nia et bene viuendi gratia
concedatur. et vſqꝫ in finem
hic ſeruus tuus ſub tua pro
tectione cuſtodiatur. Aula
vniuerſalis pietatis. Cau/
ſa generalis reconciliationis
vas et templum vite et ſalu
tis vniuerſorum nimium cõ
traho merita tua cum in me
homunculo vili ſingulari/
ter recenſeo beneficia tua.
que mundus amans gau/
det gaudens clamans eſſe
ſua. Tu namqꝫ domina
ammirabilis ſingulari vir/
ginitate. amabilis. ſalutari
fecunditate venerabilis ine/
ſtimabili ſanctitate. tu oſten
diſti mundo dominum ſu/
um et deum ſuum quem ne
ſciebat. tu viſibilem exhibui
ſti mundo creatorem ſuum
quem prius non videbat.
Tu genuiſti mundo reſtau

rationem qua perditus in= digebat. Tu peperiſti mũ= do reconciliatorem quem reus non habebat. Per fe= cunditatem ſtuam domina] mundus peccator eſt iuſti= ficatus: damnatus. ſalua= tus. exul reductus. Par= tus tuus domina munduz captiuum redemit. egrum ſanauit. mortuum reſuſcita= uit. Celum ſydera. terra flu mina. dies. nox. et quecun= q; humane poteſtati vel vti litati ſunt obnoxia. vt am= miſſum decus ſeſe gratulan tur per te quodammodo re= ſuſcitata et noua quadam ineffabili gratia donata. quaſi enim omnia mortua erant cum ammiſſa conge= nita dignitate fauendi do= minatui vel vſibus deum laudantium ad quod facta erant obruebantur oppreſ= ſione. et decolorabant abu= ſu. ydolis ſeruientium. pro= pter quod facta non erant.

Quaſi vero eadem reſu= ſcitata letantur cum iam de um confitentium et domi= natu reguntur. et vſu deco rantur. Noua autem et ineſtimabili gratia quaſi ex= ultauerunt. cum ipſum de= um ipſum creatorem ſuum non ſolum inuiſibiliter ſu= pra ſe illa regentem ſenſerũt ſed etiam viſibiliter inter ſe eiſdem vtendo ſanctificantẽ viderunt. Hec tanta bona per benedictum fructum be nedicti ventris benedicte ma rie p eruenerunt. Sed cur ſo lum loquor domina benefi= cijs tuis plenum eſſe mun= dum. Inferna penetrant. ce los ſuperant. Per plenitudi= nem enim gratie tue. et que in inferno erant ſe letantur li berata. Et que ſupra mun= dum ſunt ſe gaudent reſtau rata. Per eundẽ quippe glo= rioſum filium glorioſe virgi nitatis tue: omnes iuſti qui obierunt ante vitalem eius mortem exultant diruptione captiuitati ſue. ⁊ angeli gra= tulantur. reſtitutione ſemi= rute ciuitatis ſue. O femi= na mirabiliter ſingularis. ⁊ ſingulariter mirabilis. per quam elementa renouantur inferna remediantur homi= nes ſaluantur angeli redin= tegrantur. O femina plena

et ſup plena gratia de cuius
plenitudis exundātia reſper
ſa ſic reuireſcit omiſ creatura
O ꝟgo bn̄dicta et ſemꝑ bn̄-
dicta. ꝑ cuiꝰ bn̄dictionē bene
dicit natura. nō ſoluꝫ creata
a cretoꝛe. ſed ꝛ creatoꝛ a crea
tura. O nimis exaltata
quā ſequi conat affectus aīe
mee. quo aufugis aciē men-
tis mee. O pulcra ad intuē-
dū amabilis ad ꝯtemplan-
dū. delectabilis ad amāduꝫ
quo euadis captiuitatē coꝛ-
dis mei. Preſtolare dn̄a in-
firmā aīam ſequentē. Ne ab
ſcondas te dn̄a parū viden-
ti te. aīe querēti. miſerere do-
mina aīe poſt te anhelando
languēti. Mira res in quaꝫ
ſublimi ꝯtemploꝛ mariaꝫ lo
catā. Omis creatura a deo
eſt creata. ꝛ dei natura ex ma
ria eſt nata. Deus oīa crea-
uit. et maria deū generauit.
Deus qui oīa fecit ipſe ſe ex
maria fecit: ꝛ ſic oīa que fece-
rat refecit. Qui omnia potu
it ex nihilo facere. noluit ea
violata ſine maria reficere.
Deus igit eſt pr̄ reꝝ creataꝝ
ꝛ maria mater rerum recrea-
tarum. Deus eſt pr̄ cōſtitu-
tionis oim. et maria ē mater
reſtitutōis omniū. Deꝰ eniꝫ
genuit illū ꝑ quē omnia ſūt
facta. ꝛ maria peperit illuꝫ ꝑ
quē cūcta ſunt ſaluata. De
us genuit illū ſine quo peni-
tus nihil eſt. ꝛ maria peperit
illū ſine quo oīno nihil bn̄ ē.
O vere dn̄s tecuꝫ. cui dedit
dn̄s vt oīs creatura tantum
tibi deberet ſecū. maria obſe
cro ꝑ gratiā. quaſi ſic dn̄s eē
tecum. ꝛ te voluit eſſe ſecum.
fac ꝑpter ipſam ſcōm eandeꝫ
ipſam gratiā miam tuā me-
cum. Fac vt amoꝛ tui ſemꝑ
ſit mecum. ꝛ cura mea ſemꝑ
ſit tecū. Fac vt clamoꝛ neceſ
ſitatis mee quā diu ipſa per
ſiſtit ſit tecū. ꝛ reſpectus pie-
tatis tue quaꝫ diu ego ſubſi-
ſto ſit mecū. Fac vt cōgratu
latio btitudinis tue ſemper
ſit mecū. ꝛ compaſſio miſerie
mee. quantum mihi expedit
ſit tecum. Sicut eniꝫ a btiſſi
ma oīs a te auerſus. ꝛ a te de
ſpectus neceſſe eſt vt intere-
at. ita oīs ad te cōuerſus. ꝛ a
te reſpectꝰ impoſſibile eſt vt
pereat. Sicut eniꝫ dn̄a deus
genuit illū in q̄ omia veniūt
ſic o tu flos ꝟginitatꝭ genui
ſti eū per quē ꝛ moꝛtua reui-
uiſcūt. Et ſicut deus ꝑ filiū

ſuū btōs angelos a pctō ſuauit. ita o tu deꝰ puritatꝫ ꝑ filiū tuū miſeros hoies ex pctō ſaluaſti. Queādmodū eni dei filius ē btitudo iuſtoꝝ. ſic o tu ſalus fecūditatis filiꝰ tuꝰ ē recōciliatio pctoꝝ. Nō eſt enim reconciliatio niſi quā tu caſta ꝯcepiſti Nō eſt iuſtificatio niſi quā tu integra in vtero vouiſti. nō eſt ſalus niſi quaꝫ tu ꝟgo pepiſti. Ergo o dn̄a mater es iuſtificationis ⁊ iuſtificatoꝝ. genitrix es recōciliatio nis ⁊ recōciliatoꝝ. parēs es ſalutis ⁊ ſaluatoꝝ. O beata fiducia. o tutū refugiū. Mater dei eſt mr̄ noſtra Mr̄ eius in q̊ ſolo ſperamꝰ. ⁊ quē ſoluꝫ timemꝰ eſt mr̄ nr̄a Mr̄ eiꝰ inq̄ꝫ q̊ ſolus ſaluat. ſolꝰ dānat eſt mr̄ nr̄a. Sed o bn̄dicta ⁊ exaltata. nō tibi ſoli ſꝫ ⁊ nob̄ q̄deꝫ q̄ꝫ magnū q̄ꝫ amabile eſt qd̄ video ꝑ te euenire nob̄. qd̄ vidēs gaudeo. ꝙ gaudēs dicer̄ non audeo. Si eni tu dn̄a es mr̄ eiꝰ nōne ⁊ alij filij tui ſunt frēs eius. Sed q̊ fratres ⁊ cuius eius. Loq̄r vnde iocūda tur coꝛ meū an ſilebo. ne elatō ne arguar̄ os meuꝫ. Sed qd̄ credo amādo. cur nō confiteoꝛ laudando. Dicā igit̄ non ſupbiendo ſed gr̄as agendo. Qui eni fecit vt ipe ꝑ maternā gn̄ationē eſſꝫ frater nature nr̄e. ⁊ nos ꝑ vite reſtitutioneꝫ eſſemꝰ filij mr̄is eiꝰ. ipe nos iuitat. vt ꝯfiteamur nos frēs eiꝰ. Ergo iudex nr̄ ē frater nr̄. Saluatoꝛ mūdi eſt frater nr̄. Qua igit̄ certitudie debemꝰ ſperare q̄ ꝯſolatōe poſſumꝰ timere. quoꝝ ſiue ſalꝰ ſiue dānatio de boni fr̄is ⁊ de p̄ie mr̄is pēdet arbitrio. Quo etiā affectu hūc frēm ⁊ hanc mr̄em amare debemꝰ qua familiaritate nos illis cōmittemꝰ qua ſecuritate ad illos ꝯfugiemꝰ. q̄ dulcedine fugiētes ſuſcipiem̄ Bonꝰ igit̄ frater nob̄ dimittat qd̄ deliq̄mus ipe auertat qd̄ delinq̄ntes incurrimꝰ ipſe donet qd̄ penitentes petimꝰ. Bona mr̄ oꝛet ⁊ exoꝛet ꝑ nob̄ ipa poſtulet ⁊ ipetret qd̄ expedit nob̄. Ipa roget filiū ꝑ filijs vnigenitū ꝑ optatis dn̄m pro ſeruis. Bonꝰ filiꝰ audiat mr̄em ꝑ frib̄ȝ vnigenitꝰ ꝑ his q̊s adoptauit dn̄s ꝑ his q̊s libauit. Maria q̄ꝫtū tibi debemus. dn̄a mater per quā talē frēm habemꝰ. q̄ grāꝝ. quid

laudis tibi retribuem⁹. Ma
gne dñe tu noſter maior frater
Magna dña tu noſtra meli/
or mater. docete cor meum. q̄
reuerentia vos debeat cogita
re. Bone tu ⁊ bona tu Dulcꝭ
tu. ⁊ dulcis tu. dicete ⁊ date a/
nime mee quo affectu vos me
morando de vobis delectetur
delectādo iocūdetur iocūdan
do impinguetur. Impingua
te ⁊ ſuccendēte eam veſtra di/
lectione. veſtro continuo amo
re. Langueat cor meū liquefi/
at anīa mea deficiat caro ꝯ mea
Utinam ſic viſcera anie mee
dulce feruore veſtre dilectiōis
exardeſcant. vt viſcera carnis
mee exareſcāt. Utinam ſic in
tima ſpirit⁹ mei dulcedine ve/
ſtri affect⁹ impinguent̄ vt me
dulle corpis mei exiccent̄. Do
mine fili domine mee. domia
mater domini mei. ſi ego non
ſum dign⁹ qui ſic debeam ve/
ſtro amore btificari. certe vos
non eſtis indigni qui ſic imo
plus debeatis amari. ergo be
nigniſſimi. nec ſic denegetꝫ mi
hi petenti id quod me confite
or indignum. vt auferatur id
quod certe vos denegare non
poteſtis dignos. Date itaqꝫ
pijſſimi date obſecro ſupplicā
ti anime mee non propter me/
ritum meum ſed propter me/
ritum veſtrum. date illi quā/
tum digni eſtis amorem ve/
ſtrū. date inqꝫ mihi quoꝫ ſum
indignus. vt reddatur vobis
quod eſtis digni. Si enim nō
vultis dare vt habeam quod
deſidero. ſaltem nolite negare
vt reddaꝫ vobis quod debeo
Forſitan preſumendo loq̄r. ſꝫ
vtiqꝫ bonitas veſtra facit me
audacem. Loquar ergo ad/
huc ad dñm meū ⁊ dñam me
am. cum ſim puluis ⁊ cinis:
Domine ⁊ domia. nonne mł
to melius eſt cum vos gratis
donatis petenti quod ipſe nō
meretur. q̄m cum vobis ſub/
trahitur quod vobis iure de/
betur. Illud quippe eſt predi
cande miſcđie. iſtud eſt nefan
de iniuſticie. Impendite igi/
tur gratiam vt recipiatis de/
bitum. facite vos mihi miſe/
ricordiā veſtram que mihi ex
pedit ⁊ vos decet ne faciam e/
go vobis iniuſticiam meam
que nulli expedit ⁊ nullū de/
cet. Eſtote vos mihi miſeri/
cordes qđ obſecro. ne ſim ego
vobis iniuſtus quod execror:

Date benigne ⁊ benigna. nec ſitis exoratu difficiles. Date anie mee amorē veſtri quē ip‑ſa non iniuſte petit ⁊ vos iuſte exigitis. ne ipſa bonis veſtris ſit ingrata qđ ipa iuſte horret ⁊ vos nō iniuſte punitis. Certe ieſu fili dei. ⁊ tu maria mater eius ⁊ vos vultis ⁊ equū eſt. vt quicꝗ vos diligitis diligatur a nobiſ. Ergo bone fili rogo te per dilectionem qua diligis. ⁊ diligi vis eam ita mihi des vt vere diligam eam. Bona mater rogo te per dilectionē qua diligis filium tuum vt ſicut tu vere diligꝫ ⁊ diligi vis eum. ita mihi impetres vt vere diligam eū. Ecce enim qđ vt fiat vere eſt in veſtra voluntate: cur propter peccata mea non fiet. cum ſit in veſtra poteſtate. Amator ⁊ miſerator hominū. tu potuiſti reos tuoſ ⁊ vſqꝫ ad mortez amare. ⁊ poteris te roganti amorem tui. ⁊ matrꝫ tue negare. Veneretur igiť vos ſicut digni eſtꝫ mens mea. amet vos ſicut equum eſt. cor meum. Diligat vos ſicut ſibi expedit anima mea. Seruiat vobis ſicut debet caro mea ⁊ in hoc cōſummetur vita mea vt in eternum pſallat tota ſubſtantia mea. Benedictus dominus in eternū fiat fiat. amen

Alia oratio ad virginem glorioſam.

Ue mundi ſpes maria. Aue mitis. aue pia. aue ꝟgo mr̄ xp̄i. tu que ſola meruiſti. eē mater ſine viro. ⁊ lactare more miro Angeloꝝ imperatrix pctōꝝ conſolatrix. Cōſolare me lugentē in peccatis iam fetentē. Conſolare peccatorem. ⁊ ne tuū des honorem alieno aut crudeli. precor te regina celi. Me habeto excuſatum. apud chriſtum tuuꝫ natum. cuius iram expaueſco. a furore contremiſco. Naꝫ peccaui ſibi ſoli. O maria virgo noli. eſſe mihi aliena. gratia celeſti plena. eſto cuſtos cordis mei. ſigna me timore dei. Cōfer vite ſanitatem. ⁊ da morū honeſtatem. Da peccata me vitare. ⁊ quod eſt amare. O dulcedo virginalis. nunꝗ fuit nec ē taľ inť nataſ mľieꝝ oiꝫ creator rerū te elegit genitricē

qui mariã peccatricẽ. emũda
uit a reatu. ipſe me tuo precatu
a peccatis cunctis tergat ne i
fernus me demergat. Eya ro
ſa ſine ſpina. peccatorum me-
dicia. pro me chriſtũ interpel-
la. vt me ſaluet a procella. hu
ius mũdi tam immũdi. cuiuſ
fluctus furibũdi. omĩ pte me
impingũt. ꝛ peccati zona ſtri-
gũt. Chriſte fili ſummi pr̃is.
ꝑ amorẽ tue mr̃is. cuiꝰ venter
te portauit. ꝛ te dulci lacte pa
uit. Te ꝑ ipam rogo ſupplex.
quia tu es ſalus duplex. salꝰ
reꝝ mundaꝝ atq; ſalus ania
rum Te nũc precor licet reus
miſerere mei deus. Miſerere
chriſte mei. miſere fili di Mi
ſerere miſerere. miſerator naꝫ
es vere. Tu peccata dele mea
ꝛ cor mundũ in me crea. Da
ſpem firmã fideꝫ rectã. Cha-
ritatemq; ꝑfectã. Et concede
finem bonũ. quod eſt ſuꝑ om
ne donũ. vt in corď ſic conpũ-
gar. tibi xp̄o q; coniũgar Fac
me digne manducare. corpꝰ
tuũ ſalutare. ira tua non me
grauet. Sanguis tuꝰ ſic me
lauet. Extra corpꝰ ꝛ in corde.
a peccatis ꝛ a ſorde. vt dum in-
ſtat hora mortis. Angelꝰ tũc
aſſit fortis. a te datus mihi cu
ſtos. qui det locum inter iu-
ſtos Mors dũ carnẽ meã frã
gat. mors ſecũda nõ me tãgat
Licet caro computreſcat. ſpi-
ritus tamẽ in te requieſcat. duꝫ
reſurgo te viſurꝰ. ſemꝑ apud
te manſurus. Audi nos. naꝫ
te filius nihil negãs honorat
Salua nos ieſu pro quibꝰ vir-
go mater te orat amen.

Sequuntur nũc oratiões
de angelis ꝛ primo de ſancto
michaele archangelo.

Sancte michael ar
chãgele domini no
ſtri ieſu chriſti. qui
veniſti in adiutori
um populo dei. Subueni mi
hi apud altiſſimũ iudiceꝫ. vt
mihi peccatori donet r̃miſſio
nem omniũ peccatoꝝ meorũ
ꝓpter magnã miſationũ ſua-
rum clementiã Exaudi me
clamantẽ ſancte michael arꝫ
inuocantem te. ꝛ adiuua me
maieſtatẽ domini depcanteꝫ.
Et interpella pro me gemiſcẽ
te ꝛ fac me caſtũ ab omnibus
peccatis meis. Inſuper obſe-
cro te preclarũ atq; decoꝝ ſũ-
me dinitatis miniſtꝝ vt i uo-
uiſſimo die benigne ſuſcipias

animã meã in ſinu tuo ſctiſſi-
mo. ꝛ pducas eam in locũ re-
frigerij pacis ꝛ qetis. vbi ſctõ
rum anie cũ leticia ꝛ inenarra
bili gaudio futuꝝ iudiciuꝫ ꝛ
gl'iam beate reſurrectionis ex
pectant

Jtem alia vnde ſupra:

Summe ſedis miniſter.
princeps militie celeſtis
ꝛ ſignifer. Quis vt deus mi-
chael angele piiſſime. archan
gele placidiſſime tibi corpus
ꝛ aiam meã tota intentione i
tuendã cõmitto tibi ſpecialiť
poſt deũ deiqꝫ genitricẽ vite ꝛ
mortis mee diligentiã cõmit-
to. Adeſto q̄ſo mihi dñ viuo
vt oẽs actus meos ad dei vo-
luntatẽ faciendã ꝛ dirigas. vt
me ab inſidijs inimici. ꝛ ab oi
bus malis viſibilibꝫ ꝛ inuiſi
bilibꝫ libes. ſuccurre mihi q̄-
ſo in hora mortis mee ꝛ feſti-
na in auxiliũ meũ cũ angeloꝝ
multitudine. vt brachiũ pec-
catoris ꝛ maligni aduerſarij
mei conteras apprehende ar-
ma ꝛ ſcutũ. ꝛ exurge in adiu-
toriũ mihi vt aniam meã de
faucibꝫ impij draconis eripi-
as ꝛ eam comitantibꝫ angelis
lucis in ſinum abrahe in req-
em ſempiternam cum exulta-
tione perducas.

De omibꝫ angelis Oratio

Omnes ſancti angeli et
archangeli. throni ꝛ do-
minationes: principatꝰ ꝛ po-
teſtates. virtutes cherubin et
ſeraphin. agmina celeſtium
beatoꝝ ſpirituũ. fundite ꝑ me
preces ad dñm. vt me libet a
peccatoꝝ vinculis ꝛ illuſtra-
re dignetur virtutũ ſtudijs. ꝛ
defendat ab aduerſitatibꝫ cũ
ctis. ꝛ poſtremuꝫ iungat me
ſanctis conſortijs amen.

Jtem adhuc de eodem

Omnes ſancti ſeraphin
cherubin throni quoqꝫ
dñationes. principatus. pote
ſtates. virtutes. archangeli.
angeli. ordines nouẽ ſpirituũ
beatoꝝ. quos in dei laudibus
firmauit charitas. me fragilẽ
me peccatorẽ ſupplicem ve-
ſtrum firmate p̄cibꝫ. vt ſpiri-
tales prauitates veſtro iuua-
mine deuincens fortiter nunc
ꝛ in euum veſtris patrocinijs
fulciri. veſtre beatitudinis g̃-
tia perfrui merear amen.

Jtẽ ad ꝓpriũ angelũ orõ

Inter oẽs ꝛ p̄ oibꝫ ſupnis
ciuibꝫ tuũ ſingulariť ꝛ p̄cipue

de poſco ſuffragiū beate ⁊ an-
gelice ſpūs cui me de⁹ cuſto-
diendū deputauit. vt me die-
bus ac noctib⁹ horis ⁊ momē
tis omnib⁹ indeſinenter vbi-
q̄ʒ cuſtodias. ne aditū qd ab
ſit aliquē ad me decipiendū
callidus temptator inueniat.
ne rabiē ſue tyrānidis exerce-
at qui tanq̄ʒ leo rugiēs circuit
querēs quē deuoret. Ne aiam
meā circūueniēdo illaq̄et. ne
mentē meā alienādo pturbet
ne ſenſus meos exagitādo lu
dificet. ne me in picula vlla p̄-
cipitet. ne me in caſus iprouı-
ſe mortis ipellat. Sed vt ſem
⁊ vndiq̄ʒ tuo interius exteri⁹
q̄ʒ regimine vitā pſpere. ⁊ in
bono pposito tranſigā. ne ante
dignā pctōꝝ emendationē vi
te terminū capiā. Cū vero p̄-
finitū tps moriēdi aduenerit.
⁊ inimici mei aiam meā circū
dederint. ⁊ os eoꝝ locutū fu-
erit ſupbiā. cū tribulatio pro
xima fuerit ⁊ non ſit q̄ adiu-
uet. cuʒ aperuerint ſup me os
ſuū ſicut leo rapiens ⁊ rugiēs
quādo circūdederint me ca-
nes multi. ⁊ concilium mali
gnantiū obſederit me. Tunc
rogo exurge cum dei adiuto-
rio ad conuertendū inimicuʒ
meum retrorſum Exurge pre
ueni eum ⁊ ſupplanta eū. Eri
pe animā meaʒ ab impio. cō-
tere brachiū peccatoris et ma
ligni. queratur ab illo pecca-
tum meum ⁊ non inueniatur
deletum ſanguīe chriſti Tūc
queſo ne elōgaueris auxiliuʒ
tuum. ſed ad defenſionē meaʒ
ꝯſpice. Erue a framea aiam
meā. ⁊ de manu canis vnicaʒ
meam. Salua me ex ore leo-
nis. ⁊ a cornibus vnicornium
humilitatem meaʒ. Reſtitue
aiam meā a malignitate eoꝝ
a leonib⁹ vnicā meā. Nō ſup
gaudeant mihi inique. nō di-
cant in cordibus ſuis. euge eu
ge anime noſtre. nec dicāt de-
uorauimus eū. Nō mandent
verbum iniquum aduerſum
me dicentes. Perſequimini ⁊
comprehendite eum quia nō
eſt qui eripiat. Tunc obſecro
ne tradas beſtijs animā tibi
cōmiſſam. animam pauperis
tui ne obliuiſcaris in finem.
Ne pmittas auferendū ipſis
pconijs hoim. tibi celit⁹ aſſig
tuʒ. Sed educ me de laqueo
quē abſconderūt mihi. educ
de cuſtodia aiam meā ⁊ eam

incolumen cū p̄ſidio btōꝝ ci uiū tuoꝝ introduc in ciuitatē ſanctā hierl'm. vbi mors non erit vltra neq; luctus neq; cla mor. ſed nec vllus dolor. vbi vota laudis vna totū letus in ꝑpetuū dn̄o reddam. tali mo dulatione decantans. verba iniquoꝝ p̄ualuerūt ſuꝑ nos. ⁊ impietatib⁹ nr̄is tu ꝓpitiaberis Beatus quē elegiſti ⁊ aſſum pſiſti habitabit in atrijs tuis Replebimur in bonis dom⁹ tue amen. Itē alia oratio ad proprium angelum

Bſecro te angelice ſpūs cui ego ad ꝓuidendū cō miſſus ſu꜄ vt indeſinēter pro tegas me. defendas. mūdes. munias ab omni incurſu dia boli, vigilantē. dormientem. vbicunq; iero. Repelle a me ꝑ virtutē ſctē crucis omnē tē ptationē ſathane. Et qđ mea exigūt merita. tuis p̄cib⁹ ob tine apud altiſſimū iudicem. ita vt nihil loci in me habeat ꝯtrarie ꝟtutis admixtio Cū q; ꝑ abrupta vitioꝝ meorum me deuiaſſe videris ꝑ ſemita꜄ iuſticie ad ſaluatorem meu꜄ me reducere ſatagas. Et in q̄ cūq; tribulatiōe vel anguſtia me eſſe proſpexeris. auxilium dei omipotentis tuo obtentu ⁊ p̄camine mihi adeſſe ſentiā Precor te mi cuſtos ſi fieri p̄t notū mihi facias finē meum. diemq; obitus mei. Et cū de corꝑe eductus fuero non per mittas me malignos ſpūs ter rere. neq; in foueā deſperatio nis deducere. Non ꝑmittas me angelice ſpūs. donec ad vi ſionē ipſius conditoris mei ꝑ ducas me vbi ego ꝓ ope ⁊ tu pro cuſtodia vna cu꜄ beatiſſi ma dei genitrice ⁊ oīb⁹ ſanctis dn̄o adiuuāte letemur. q̄ cum deo. an̄. Angele bone q̄ mihi dat⁹ es cuſtos expuḡ diabo lū q̄ mee ſaluti iſidiat. ℣ Glo ſus apparuiſti in ꝯſpectu dn̄i Propt̄ea decorē iduit te dn̄s.

Eus cui⁹ proui (Orō. dētia hūano generi ſuꝑ noꝝ ſpirituū p̄ſidiū ſubmini ſtrat. cōcede vt angelū mee cu ſtodie deputatu꜄ ita valeam venerari. vt eius prouidentia vbiq; merear defēdi. Per xp̄꜄ De ſctō iohē baptiſta. Orō.

Ancte Johes baptiſta electe dei tu es angel⁹ dī qui veniſti an̄ faciē dn̄i para re vias eius. tu oſ̄diſti agnū

dei dñm ⁊ ſaluatorē nr̄m qui tollit peccata mūdi. tu baptiſa- ſti ⁊ cognouiſti miſteriū tu p̄- curſor extitiſti martyr glorio- ſus ⁊ laudabilis dñi. interce- de pro me ad dñm. vt merear vitā poſſidere eternam.

Item alia de eodem.

Sancte iohaones baptiſ- ſta. qui meruiſti ſaluato- rem mūdi tuis manib⁹ bapti- ſare in fluuio iordanis. Eſto mihi apud miſericordem deū pius interceſſor vt me a pec- catoꝝ tenebris eripiat ⁊ ad lu- cem celeſtis grē ꝑducat. q̄ tol- lit peccata mūdi ⁊ regnū celo- rum appropinq̄re ꝓmiſit cui eſt honor ⁊ glīa per infinita ſecula ſeculorum amen.

Ad oēs ſctōs p̄riarchas ⁊ prophetas. Oratio.

Sancti p̄riarche. ſci ꝓphe- te. quib⁹ ab initio mundi omp̄s deus maieſtatē ſue di- uinitatis reuelare dignat⁹ eſt obſecrate pro pctīs meis. ⁊ ex- pulſa penit⁹ erroris caligine cordis mei ocl'os vere fidei ca- tholice lumine illuſtrate. vt in die iudicū nō cum impijs ⁊ in- fidelib⁹ q̄ credere ac pniam a- gere noluerūt ſm meritū me- um deputer. ſed per vr̄am inter- ceſſionē merear inueniri abſo- lutus in illa die ab omi vincu- lo pctōꝝ vobiſcūq ac oib⁹ fid- lib⁹ introire ad regna celoruz. amen.

Ad ſanctū petrum apoſtolorum principē. Orō.

Sancte petre apl'e ⁊ ele- cte. dei. tu ꝯfeſſus es fili- um dei. ſup te edificauit dñs eccl'iam ſuā. tibi tradidit cla- ues regni celoꝝ. tibi dedit po- teſtatē ligandi atq ſoluendi peccata. tu es paſtor ouiū. exē- plar ꝯfeſſionis. exemplar pnie doctor eccleſie ianitor paradi- ſi. adiutor electoꝝ. tu es ſuſce- ptor aiaꝝ. Et ego miſer ⁊ fra- gilis peccator quid ſuz factu- rus cum venero ad te. Adiu- ua me vt nō recedā a te confu- ſus propter pctā q̄ male cōmi- ſi. ſed poti⁹ ſolue vincula pec- catoꝝ meoꝝ. qui habes ptā- tem ligandi atq ſoluēdi. in ce- lo ⁊ in terra. Sācte petre. ſctē paule. ſctē andrea. oēs ſci apl'i dñi ſuccurrite mihi. ⁊ aperite mihi portas iuſticie. vt ingreſ- ſus in eas confitear dño ⁊ vi- uam in ſecula ſeculoꝝ amen.

Beate (Itez vnde ſup̄ petre clauiger etheree in

tercedere digneris p me ad dominū. qui tibi tradidit claueſ regni celoꝝ. vt tua intercessione placat⁹. cōcedat mihi meorum veniā peccaminū. Pete mihi a deo vere penitentie cōpūctionē ſicut tu habuiſti qn̄ amare flebas poſt negationez magiſtri tui Et ſicut te eripuit de manu herodis. ⁊ de omni expectatione plebis iudeorum. ita idem dn̄s deus me⁹ digneř me pro tuis ſanctis inťceſſionib⁹ eripere de manibuſ omniū inimicoꝝ meorum, viſibiliū ⁊ inuiſibiliū ⁊ poſt hāc caducā vitā me ad eternā perducat gloriam amen

Ad ſanctiſſimū paulū doctorem gentium. Oratio.

O Beate Paule apoſtole doctor gentiuz depcare pro meo cunctipotentē dn̄m. qui te de celo ſvocauit ⁊ in terram proſtrauit. te de ꝑſecutore fecit vas electionis vt me ꝓſtratū in malo eleuet in bono Et vt verboꝝ tuoꝝ eruditiōibus edoctus. diſcam ſpernere fugitiua huius ſeculi gaudia ⁊ veram lucē que xp̄s eſt valeam apphendere. Et ꝑ grām dei quaz meruiſti ⁊ accepiſti ⁊ que in te vacua non fuit. ſed ſemper i te mā ſit ore licet polluto te depcor vt me ab angelo ſathane eripias ⁊ a ventura ira liberes. ⁊ in celū introducas atq3 cuz omib⁹ ſctis apoſtolis ⁊ euāgeliſtis ꝑ grām filij dei viui. ⁊ ꝑ aduentū ſpiritus ſancti paclit veniās in adiutoriū mihi peccatori ⁊ oībus xp̄ianis. amen.

Ad ſanctū andreā apl'm orō

Epcor te beatiſſime andrea apl'e dn̄i ieſu chriſti qui biduo pendēs in cruce nō ceſſaſti populū doceř. crucisq3 gloriā in quo gen⁹ humanuz pius redemptor xp̄ris cruore redemit p̄dicare. vt ipſum deposcere digneris q̄ mihi propitius exiſtat. culparum nex⁹ ſoluat. ⁊ me celeſtib⁹ ciuibus iungat amen.

Item oratio ad eundem

Ancte andrea apl'e dei qui dimiſſa naui ⁊ ſpreta rheti. quoruz vſu actuq3 viuebas. celoꝝ p̄mia mercatus es. per illū qui te de naui vocauit depcor te vt tuis meritis ab oī fantaſia ſathane me eripias ⁊ a futura ira defendas. ⁊ ꝟtutē tuā mihi añ tribunal

xp̄l oñdas. ꝑ xp̄m dñm nr̄m.
℣. Dilexit andream dñs. In
odorẽ ſuauitatis. Oratio.

Maieſtatẽ tuã dñe ſuppli
citer exoramꝰ vt ſicut ec
cleſie tue beatꝰ andreas apl̄s
extitit p̄dicator ⁊ rector ita a⸗
pud te ſit ꝓ nobis ꝑpetuus in
terceſſor. ꝑ dñm. De ſancto
Johanne euangeliſta. Orõ.

Sancte Johes euangeli
ſta dñi: q̄ ſupra pectꝰ do
mini in cena recubuiſti. dep̄⸗
care ip̄m fontẽ ſcie: de quo ve
re hauſiſti fluẽta doctrine vt
luce ſue ꝟitatis tenebras pec⸗
catoꝝ meoruꝫ effugare ⁊ illu
ſtrare digneꝛ. ⁊ qui te eripuit
de feruentis olei dolio ipſe me
eripiat de eterne mortis peri⸗
culo amẽ. Item alia oratio
de eodem.

Sancte Johes euangeli
ſta celeſtiũ ſecretoꝝ ſublimiſſi
mus ſcrutator ⁊ oñſor. Im⸗
mẽſas ⁊ ineffabiles diuitias
ſuauitatis q̄s de ſacrario dñi
ci pectoris potaſti. nos miſeri
petimus vt tuo interuẽtu ab
imminẽtibꝫ huius ſeculi per⸗
turbatõnibus liberati. eterne
beatitudinis gaudijs perfrui
mereamur. ⁊ me miſerũ. oẽſq̄

fideles ſancte iohes gr̄e ⁊ pro
tectioni diuine. ſancteq̄ʒ geni
trici dei cõmendare dignare.
Per xp̄um dñm. ℣. Cibauit
eum dñs pane vite ⁊ intelle⸗
ctus. Et aq̄ ſapientie ſalutarꝭ
potauit eum. Oratio.

Sit dñe q̄s btũs Johan
nes euãgeliſta nr̄e fragilitatiſ
adiutor. ⁊ pro nobis tibi ſup⸗
plicans copioſus exaudiatur
Per dñm nr̄m ieſum.

De ſancto Thoma Orõ

Sancte thoma q̄ xp̄ꝛijs
manibꝫ latꝰ redemptoꝛ
ris nr̄i pro nobis vulneratum
